
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
8 C
24

VETERVM
RABBINORVM
IN EXPONENDO PENTATEVCHO
MODI TREDECIM.

Quorum explicatio lucē maximam afferet iis qui legem accuratè volunt interpretari, & scripta Rab. facilè intelligere.

R. P. IOANNI ARNVLPHO *è Societate* IESV, *Christianissimi Regis Confessario & Concionatori Ordinario.*

Accessere & octo eruditiorum RR. Commentaria in Psalmum cxix. item Theologiæ mysticæ Quæstiones decem, & excerptæ ex Zohar aliisque lib. sententiæ, quibus Orthodoxę Fidei articuli quidam contra contumacem Iudęorū impietatem defenduntur.

Omnia opera & industria PHILIPPI AQVINI *Hebræarum literarum Professoris.*







Casegato Illustriss.^i Foccini.

LVTETIÆ PARISIORVM.
Ex Officina Nivelliana.
Sumptibus SEBASTIANI CRAMOISY, via Iacobæa, sub Ciconiis.

M. DC. XX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



מרים׳ במספר קטן י״א כמו׃
אם יה

אם׳ כל חי יאה תהלה׳
יה בחר לך רום וגדולה׃

MATER DEI.

Laus tibi magna, Dei genitrix, & gloria summa
Debetur, Deus ipse etenim ad fastigia honorum
Te vexit, sanctósque inter regina agis auum.

יהושע מרים׳ לג״ כמו׳ אם בן ואלוה׃
אם השמחה אב יהללך׃ בן השלמות יפארך׃
רוח הקדש אף יגדלך׃

הן האמת יעשה דרכו׃ גם יקוב ההר הלוכו׃
כאשר עיני רואות תוכו׃ אלה השמות מורות זכבו׃

IESVS MARIA.

PATER, FILIVS, ET DEVS,

Plenis honorum te colit verbis pater,
Tuúmque gnatus (mater) prædicat decus,
Te sanctus vltra tollit omnes spiritus.
Sic veritati panditur tandem via,
Quæ fulminante missili potentior
Perrumpit alta montium cacumina.
Hoc ista rite te docent vocabula,
Quæ fronte primâ, quidpiam magni sonant.
PHIL. AQVINVS.

ã ij

יאן ארנש:
אני נשרא:

כהן משיח נאמן · כל חכמה בו נטמן:
שכלו בשמו אדמן · מלך על עוז הזמן:
באשר נשר נזמן · מלך בעוף סימן:
בן אב בשמו מכמן · נשרא אני אב המן:

ראויות לך שלם · לעולם לא יכלם:
אחוהי יגדלם · וגם טוב יגהילם:
ומלכו על כלם · יחזקעד עולם:
ויסיר כל מעלם · וגם ירום דגלם:
ועמו על מגלם · יחזקם בכולם:
אשר בו אב חלם · ויה יהיה צלם:

In idem Anagramma

Epigramma.

Mente pius, verbóque potens, famularis ad aras
Cælicolum Regi, mystica sacra colens.
Index tantorum nomen tibi, namque supremi,
Hebræus dicit, te Iouis armigerum.
Hic volucri penna summum super æthera fertur,
Sed te, penna tuæ mentis in astra vehit.
Sic Aquila es, non vngue Ioui fera lumina portans,
Regis at innocui pro grege vota geris.
Viue diu, & Regi semper dilectus vtrique,
Fac pro fulminibus non nisi manna cadat.



REVERENDO P.

IOANNI ARNVLPHO
E SOCIETATE IESV,

CHRISTIANISS. REGIS CONFESSARIO & Concionatori ordinario, S. P. D.



I MORTALIBVS nonnullis ſecundum Deum rerum primitiæ debentur: ego, quantum tacitâ mentis commentatione diſceptando aſſequi poſſum, illis præcipuè deberi contendo: qui caſtiore vitæ inſtituto ad Numinum immortalium ſanctimoniam propius accedunt. Quo ex genere, cùm diuinâ Prouidentiâ hac ætate multò plures, quàm parentum maiorumve memoria florere videátur familiæ: mearum lucubrationum ἀπάργματα illi conſecranda eſſe duxi, à qua plus auxilij & opis Res meæ accepêrunt. Nam vt neminem ſua laudatione defraudem, poſtquã diſſipatis ignorantiæ nebulis Iudaïcas ſuperſtitiones eiuraui: & ad Chriſtianorũ Caſtra pro Fide militaturus transfugi: licet multis in locis piorum virorum beneuolentiam ſenſe-

rim: tamen, qui me familiamque meam benignius aspexerint, qui salubriore consilio iuuerint, qui frequentiore sustentarint opera, quàm è tuâ Societate homines verè φιλάνθρωποι nullos (dicto absit inuidia) nullos, inquam, sum expertus. Istud, quod nunc eloquor, à vanitate & assentatione tam est alienum, quàm ad veritatem accedit: vt Regia liberalitate mihi benè esset, te (Reuerendiss. PATER) agendo, vigilando, maturè omnia consulendo prouidisse. Plura dicerem: nisi rectè facti conscientia tacitáque rei benè gestæ recordatione magis, quàm accurata beneficiorum enumeratione, & iusta laudum exornatione delectari te iampridem obseruassem. Experiuntur alij, quantum aliis virtutibus Togatis antecellas: Ego, quàm familiaris tibi sit Ἀγάπη illa in quâ (vt in Iustitia Græcus arbitrabatur) συλλήβδην πᾶσ' ἀρετ' ἐστὶν, abundè comprobaui. Quamobrem cùm è purioribus Theologiæ Mysticæ fontibus hauserim, nomina siue integra & vt vulgò recepta sunt, retineantur; siue per Geometricam, dixeris aptius, Arithmeticam rationem transformentur; siue per Acrostichida latius extendantur; siue per literarum metathesin & Anagrammatismum immutentur; hac imponi aptitudine, vt suarum rerum in-

genia indicent; & sint, quemadmodum ait Philo Iudęus, ἐναργέαι πραγμάτων ἐμφαντικώταται, intelligo iam cùm ob multa animi tui ornamenta, tum ob illam virtutem, quâ destitutus D. Paulus, οὐδὲν εἰμι, clamitaret, Aquilam te linguâ Hebraïca fuisse vocatum. Quid enim יאן ארנש nisi אני נשרא. Nec id temerè excogitatum aut inuentum. Nam vt illa auis, si Mythologis fides habenda est, cum fabuloso Ioue versari amat; ita τῆς Ἀγάπης opera tecum Deo Opt. Max. & amicè consuescere, & familiariter ὁμιλεῖν, & פה אל פה colloqui audebo profiteri. Nec verebor, ne ista, quæ nunc à me proferuntur, aut longè repetita; aut ἀπροσδιόνυσα quispiam obiiciat: cùm verum sit oraculum illud, quod è locupletissimo Θεανθρώπου sinu Aquila Euangelica deprompsit: O μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ θεῷ μένει, καὶ ὁ θεὸς ἐν αὐτῷ μένει. Quin si ille rerum omnium Parens dicat ואשא אתכם על־כנפי נשרים, id est, *portaui vos super alas aquilarum.* (vt est illius volucris ingeniũ, quæ cùm à cœlo nil metuat, pullos quò à terrarum insidiis tutiores sint, explicatis alis superimponit, & portat.) AQVILAM meritò te nuncupabo, qui parentem, qui liberos ex obscuro Iudaicæ prauitatis nidulo auolantes imbecillos omninò & implumes, ne grauioribus huiusce vitæ

incommodis deorſum raperemur, τοῖς εὐεργε-σίας πτεροῖς extuliſti. Quod profectò eâ mente repeto, quòd ſpero, te eadem φιλοστοργίᾳ fœtum hunc ingenij, quem & Tibi & tuæ Societati voueo dicoque, contra venenata calumniãtium tela defenſurum. Nam quòd attinet ad primam libelli partem, quę veterum Rabbinorum in exponendo Pentateucho tredecim Modos, veluti tredecim Κυρίας δόξας, cõprehendit: illam (vt & reliquas) eo conſilio in lucem non edidi; vti, quod aiunt, ollas oſtentarem: aut auræ popularis aliquid expiſcarer; ſed vt lucernam, quam ex ardentiore litterarũ Hebraicarũ ſtudio tandem accendi nõ ὑπὸ μόδιον, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὴν λυχνίαν collocarem: eiuſque lumen tametſi perexiguũ Hebraicè diſcentibus tanquam ſol ſideribus fœneratem. Sunt enim & ex eruditioribus multi, qui licet in immenſo Rabbinicæ lectionis Oceano facilem curſum teneant: tamen cùm ad hos Modorum ſcopulos naues ſuas appellunt, grauius impingunt, hærent, naufragium reformidant, niſi oborta velut τῶν Διοσκούρων flamma, aut tanquam è Pharo ignis viam, quà flectendum remigandúmve ſit, oſtendat. Eorum igitur ſiquis hanc explanationem diligenter intueatur & attendat, poterit periculoſa illa loca, niſi mea me fallit

conjectu-

coniectura, sine offensione vel iactura transfretare. Quamobrem vbi quis Hebraicę linguę cultor aliquádiu fortasse cum illis Modorũ difficultatibus colluctatus nostra tandem arte,& industria euaserit; sciat, velim, me nullam aliam mercedem expectare, quàm vt CHRISTO liberatori primùm, deinde tibi gratias habeat, qui vt ab alendæ familiæ sollicitudine nonnihil respirarem, & animum ad cogitandum scribendúmque instituerem anteà fecisti; & nunc, vt idem præstem מימים ימימה aut potius מיום ליום studiosè facis. Vale.

Ex nobilissima Galliæ POLYANTHROPIA Kalendis Ianuarij, Anno ἀπὸ τῆς ἐν σαρκὶ Οἰκονομίας, M. DC. XX.

Tuus καὶ χρηστὸς καὶ κτητὸς,
PHIL. AQVINVS.

AD

PHILIPPI AQVINATIS

eruditiſſimi Hebræi Modos.

מאוצרות עשירים הכלואים׃
הוציא זהב וכסף או חלאים׃
ליד כל על נקלה כי מלאים׃
כן ממים צחיחים משפיים׃
נזולו׳ ישאבו גם הפתאים׃
אך אלה יקרים בין לצואים׃
ברומן מצוא כתם נשיאים׃
ומבור נעכר המי אלהים׃
שאף אמנם הלא פלא פלאים׃
זה הכבוד פליפוס דאקיאן׃.
שמגללי כתובי הקרואים׃
וממיהם שחותים הטמאים׃
מבוא ברים אפיקים כל רפואים׃
ואם כנים שלמה נ־בטאים׃
חכם שעל גמלו הוא כרואים׃
דברי קדש עלי אפניו נשואים׃

DIONYSIVS PETAVIVS è Soc. IESV·
amico cariſſimo S.

IDEM LATINE.

PERFACILE gaζâ de diuite promitur aurum.
Aut liquidæ puro fonte petuntur aquæ.
Non cuiuis tamen aut aurum de ſtercore lectum,
Aut de cœnoſo gurgite limpha venit.
Hoc decus, hæc noſtrî laus eſt non parua Philippi
Cui fax Rabbinæ ſordis vtrumque tulit.

EPIGRAMMA.

QVIS *referat* DAQVIN *quantū profeceris? ictu*
Hoc prostrata vno num duo monstra vides?
Hebræos etenim posthac arescere fontes
Quæ dicat, non est lingua futura procax:
Clauibus & si tot referantur sacra, profani
Damnantur, per quos sacra cuique patent.
O tua quàm MAGNOS *producent otia fructus!*
Otia si nobis fecerit ista Deus.

LVDOVICVS DE MORAINVILLIER,
Doct. Theol.

EPIGRAMMA.

SCRIPTA *Palæstini, secretaque vana popelli,*
Et Regem vatem pandit AQVINA *manus,*
Non Ariadnæa poterant penetrarier arte
Rabbini, implexos extricat iste labor:
Est aliud maius, maiorque Heroë PHILIPPVS,
Alcides terram purgat Agenoridæ.
Omne solum, cæli cui notum lumen, AQVINVS,
Quâ vaga monstra ruunt, lustrat & interimit.

I. BOVRDELOTIVS.

AD LECTOREM.

De tredecim R R. Modis in exponendo Pentateucho à PHILIPPO AQVINO linguæ Hebraicæ Professore explicatis.

EPIGRAMMA.

DICITVR *Æthiopis clausa omnia pandere tactu.*
Si Magicis herbis est adhibenda fides.
Quidquid promittat magno ærufcator hiatu:
Quidquid & expertum se Magus ipse probet:
Schœnobatæ nugas, quas, qui nullo ære lauantur,
Explodunt pueri, si sapis, esse puta.
*Non ita, quâ scribit** AQVINVS, *mentitur arundo.*
His, tibi si cura est, experiare Modis.
Nam de illis, si quæ tradit Gens inuida, tractas:
Qua fronte aspicias, omnia clausa vides.
Assumas AQVINI *calamos, mirabile dictu,*
Qua parte admoueas, omnia aperta vides.

OLAVS OCIIBIVS GALLVS.

Habes hic, Lector beneuole, tredecim illos modos, quos per immensum Talmudis opus dispersos R. Ismaël magna industria compilauit, & in vnam veluti summam collegit.

Versio ad verbum.

Rabbi Ismaël dicit, Tredecim modis lex explicari potest.
Primus *vocatur, à leui graue.*
Secundus, *à decreto æquali.*
Tertius, *ab ædificio patris ex vno Scripturæ textu, & ædificio patris ex duobus Scripturæ locis.*
Quartus, *à generali, & particulari.*
Quintus, *à particulari, & generali.*
Sextus, *generale & particulare, & generale. Non potes iudicare nisi ratione particularis.*
Septimus, *à generali, quod eget particulari: & à particulari, quod eget generali.*
Octauus, *Omnis res, quæ erat in generali, & exiuit è generali ad docendum, non ad docendum super seipsam exiuit, sed ad docendum super generale tota ea exiuit.*
Nonus, *Et omnis res, quæ erat in generali, & exiuit ad ratiocinandum rationem alteram, quæ est secundum negotium (seu subiectum) suum, exiuit ad leuius, non autem ad grauius faciendum.*
Decimus, *Et si ad ratiocinandum rationem alteram, quæ non est secundum subiectum suum exiuit ad leuius, & grauius faciendum.*
Vndecimus, *Et omnis res, quæ erat in generali, & exiuit vt iudicetur de re noua, non potes tu eam redire facere ad illius generale, donec redire eam fecerit (seu reuocauerit) Scriptura ad generale perspicuè.*
Duodecimus, *Res quæ docet ex subiecto suo, & res quæ docet ex fine suo.*
Decimus tertius, *Duo loci Scripturæ inter se repugnant donec veniat tertius Scripturæ locus, & soluat (seu iudicet) inter eos.*

רבי ישמעאל אומר׃ בשלש עשרה מדות התורה נדרשת׃

א׳ מקל וחומר׃

ב׳ מגזרה שוה׃

ג׳ מבנין אב מכתוב אחד׳ ובנין אב משני כתובים׃

ד׳ מכלל ופרט׃

ה׳ מפרט וכלל׃

ו׳ כלל ופרט וכלל׳ אי אתה דן אלא כעין הפרט׃

ז׳ מכלל שהוא צריך לפרט׳ ומפרט שהוא צריך לכלל׃

ח׳ כל דבר שהיה בכלל ויצא מן הכלל ללמד׳ לא ללמד על עצמו יצא׳ אלא ללמד על הכלל כלו יצא׃

ט׳ וכל דבר שהיה בכלל ויצא לטען טען אחר שהוא כעניינו יצא להקל ולהחמיר׃

י׳ ואם לטען טען אחר שלא כעניינו יצא להקל ולהחמיר׃

יא׳ וכל דבר שהיה בכלל ויצא לידון בדבר חדש׃ אי אתה יכול להחזירו לכלו׳ עד שיחזירנו הכתוב לכללו בפרוש׃

יב׳ דבר הלמד מעניינו׳ ודבר הלמד מסופו׃

יג׳ ושני כתובים המכחישין זה את זה׳ עד שיבא הכתוב השלישי ויכריע ביניהם׃



TREDECIM MODORVM QVIBVS EXPLICARI POTEST SACRA SCRIPTVRA,

EXPLANATIO LATIOR ET FACILIOR,

Ex variis Rabbinorum libris, ac præsertim Talmud, Mischuah, Siphra, & Ialkut desumpta.

PRIMVM modum, quem in explicanda Lege RR. obseruant, his duobus vocabulis exprimunt, קל וחומר *Kal vahomer*; verbum è verbo verteris, Leue & Graue: Dialectici exponerent locum à comparatione Minorũ, vel Maiorum. Nam hac formula RR. vtramque enuntiationem à Minori nimirum ad Maius; aut contrà, à Maiori ad Minus complexi sunt. sed ab ea quæ frequentius in sacris paginis occurrit, nomen imposuêre. Res

ista quanquam per se satis nota; quò tamen notior fiat, hoc exemplo illustrari potest. Si lembus gestando oneri 100. pondo sufficit; multò magis oneraria nauis eidem oneri 100. pondo gestando sufficiet. Aut sic inuersa enuntiatione. Si gestando oneri 100. pondo nauis oneraria non sufficit, multò minus sanè lembus sufficiet. Ex sacris paginis Rab. exempla nobis proponunt. Ac prioris quidem Enuntiationis, qua nimirũ à Minori ad Maius concluditur, est illud, ex cap. 12. 14. Numeror. *Dixit Dominus ad Mosem: Si pater eius spuisset in faciem illius*, i. Mariæ; *nónne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi? Separetur septem diebus extra castra, & postea reuocabitur.* Id est. Si soror tua Maria à patre reprehensa deberet rubore suffundi, & per septem dies fugere patris aspectum: quantò magis illa, inquit Deus, à me obiurgata, præ verecundia Maiestatem meam, quæ sub specie nubis in Castris apparet, extimescere debet. Eiiciatur ergo septem diebus extra castra.

Posterioris autem, quæ à Maiori ad Minus inducit, exemplum petitur, ex Genes. 4. 24. *Quia septempliciter vindicabitur Cain, & Lamech septuagies septies.* Cuius loci ex RR. interpretatione hæc est sententia. Si Cain, qui fratrem per summum inuidiæ scelus interfecit,

istius facinoris pœnas non nisi post septem generationes dedit. Ego, ait Lamech, qui Cain quidem occidi, sed imprudens, & nihil tale cogitans, non luam pœnas nisi post 77. generationes.

Non celabo te inter plures *Kal vahomer* modos, quos Rab. agnoscunt duos esse, qui familiam ducunt. Alterum appellant קל וחומר מפורש *Kal vahomer mephoras*, id est, dilucidū. Alterum verò קל וחומר סתום *Kal vahomer satum*, id est, obscurum. Dilucidi exemplum habes, apud Ierem. 12. 5. *Si cum peditibus currens laborasti, quomodo contendere poteris cum equis?* Obscuri autem ex Psal. 15. 24. *Iurauit affligens se, & non mutauit.* In Midras Samuel hic locus enarratur, quem vide. Vno verbo, ex auctore isto sic interpretare. Si in iis, quæ lædunt, homo iusiurandum conseruauit; quantò magis in iis, quæ non lædunt, conseruabit?

I I.

Secvndvs modus גזרה שוה *Gezera scauā* dicitur (significant hæc verba decretum æquale.) Aliter etiam ab Hebræis appellatur הלכה למשה מסיני *Halaca lemose miSinai*, id est, Traditio Mosis è monte Sinai. Respondet

Argumento, quod à Pari Dialectici vocant. Elici verò è sacris paginis hac ratione præceperunt RR.

Cùm in duobus Scripturæ locis eædem dictiones repetuntur, quas tamen ad sententiam nihil facere, planéque superuacaneas esse animaduertas, tum aiunt isti Rab. ex his, velut ex quibusdam signis & notis, coniectari te posse latere ibi Gezera scaua, id est argumentum à pari. Exemplú proponunt ex cap. 22. Exod. v. 7. *Cùm dederit quispiam proximo suo argentum, vel vasa, ad custodiendum, & furto ablatum fuerit, è domo ipsius, si inuentus fuerit fur, reddet duplicia: si non inuentus fuerit fur, accedet dominus domus ad Iudices,* אם לא שלח ידו SI NON MISIT MANVM SVAM *in opus socij sui.* Et paulò pòst eodem cap. vers. 10. *Si dederit quis ad socium suum vel bouem vel asinum, vel agnum, & omne animal ad custodiendum, & mortuum fuerit, vel confractum, vel abactum nemine vidente, iuramentú domini erit inter ambos eos,* אם לא שלח ידו SI NON MISIT MANVM SVAM *in opus proximi sui.*

Horum locorum sententia, si attentè cogitatéque expendatur, dictionibus istis (*si non misit manum suam in opus proximi sui*) planè redundat: nam si illæ è medio tollantur, integra nihilominus semper remanebit. Et

hîc obſeruant, quod niſi iſtæ dictiones eſſent ſuperfluæ, oratio malè cohæreret, ac ſibi ipſi repugnaret. Conſequeretur enim, vt vna & eadem res à fure, neſcio quo, & ab eo homine apud quem depoſita fuerat, diceretur ablata; quòd ſanè abſurdum videtur. Igitur ſi ſuperfluæ ſunt, & redundant; indicant ex hoc textu erui poſſe argumentum à pari. Quod etiam RR. ſic eruunt; Quemadmodũ boum, aſinorum, &c. animaliũ cuſtos, tenebatur, vt lex expreſſis verbis iubet, iurare eiuſmodi animalia vel mortua vel abacta fuiſſe; ita depoſitarius etſi lex expreſſis verbis non præcipiat, eadẽ iuriſiurãdi pœna, ſiue religione tenetur.

Monent autem iſti RR. quoties in vtroque Scripturæ loco ſuperuacaneæ ſunt dictiones, ita neceſſariò colligi rationem à Pari, vt doctrinam hanc nemo poſſit refutare. Quòd idcircò monent: Quia ſi contingat, vt dictiones in vno loco ſint ſuperfluæ, in alio verò neceſſariæ; docent eiuſmodi argumentum à Pari ex his colligi quidem, ſed poſſe refutari. Huius generis exemplũ petunt ex Leuit. cap. 7. 18. *Si comedendo comeſtum fuerit de carne ſacrificij pacificorum eius in die tertia non acceptus erit, appropinquare faciẽs illud non reputabitur illi. Corruptum erit & anima comedens ex eo,* INIQVITATEM SVAM PORTABIT.

Et

Et ex cap. 19. 7. *Si comedendo comestum fuerit in die tertio corruptum illud non acceptabitur, & comedens illud* INIQVITATEM SVAM PORTABIT; *quia sanctitatem Domini polluit, & excidetur anima ipsa è populis suis.* In vtroque loco easdem dictiones obseruant, sed ea distinctione legunt: vt in priore agnoscant illas omninò necessarias, in posteriore non item. Hinc ergo à pari concludunt. Quod mortis pœna æquè intelligenda est in priore textu, vbi nõ expressa, ac in posteriore vbi expressa. Hîc tamen si quis acumine ingenij præditus validis rationibus ostendat ineptè id concludi, ille erit audiendus, & eius rationes expendendæ.

Quærere hîc potes; si illæ eædem dictiones in vtroque loco fuerint necessariæ, quid ex iis consequetur. Resp. Rab. nihil vbi fuerint sic necessariæ ex iis cõsequi, concludive.

Notarunt autem duo diligenter obseruãda. primùm enim tradunt non fieri Gezera scaua, nisi cùm de eadem materia agitur; vt patet ex propositis exemplis. Vnde etiam fit, vt idem feratur iudicium.

Deinde si in foro iudiciali res aliqua disceptanda est, asserunt non aliam Gezera Scaua, id est Rationem à Pari fingere vel excogitare licere ab ea, quæ à Mose per manus ad nos peruenit.

III.

TERTIVS modus vocatur בנין אב מכתוב אחד *Binian ab micatub echad*, id eſt, Ædificium patris ex vno Scripturæ textu: cuius quidem nominis ratio facilè ex iis, quæ ſequuntur, intelligetur. Nam RR. hunc modum formant ex obſeruatione vnius loci, ex qua aiunt colligere ſe, quemadmodum alios locos, qui in eodem ſubiecto ſeu materia verſantur, oporteat explicare. Eſt enim celebre apud eos axioma; S. Scripturam non vti repetitione; ſed vt plurimùm breuitate gaudere: ita tamen, vt ſi plures fuerint loci, ob rem de qua tractant, inter ſe affines, vni ex illis id apponat, quod omnibus debeat inſeruire. Exempli gratia. In pluribus locis Moſes hanc vel illam rem igne abſumendam præcepit: nec tamen iſtud noctúne an interdiu faciendum eſſet in ſingulis declarauit, ſed tantùm in vno, nempe Leuit. cap. 4. v. 17. vbi ſic ſcriptum. *Et reſiduum de carne ſacrificij in* DIE *tertio igne comburetur.* Rabini annotatâ, quæ hoc loco expreſſa eſt temporis circunſtantiâ, concludunt, quamcunque vſtionem à Moſe iuſſam interdiu faciendam eſſe. Ex his aperta eſt

ratio nominis istius, *Binian ab michatub echad.* Nam vt sic, pingui Minerua, loquar; hic textus, *Et residuum de carne*, &c. parat ædificium, ad quod alij textus sese recipiunt, ibíque, quã interpretationis formam debeant inducere ab eo, vt à parente filij, accipiunt.

Cæterùm, vt ex vno textu modum hunc colligis, sic ex duobus atque etiam de re dispari tractãtibus, colligere te posse iidem RR. contendunt: & ob eam causam illum appellãnt: בנין אב משני כתובים *Binian ab misne chetubim*, id est, ædificium patris ex duobus Scripturæ locis. Sed tum in istis duobus locis præcipuum quoddam vocabulum requirunt, quo veluti communi vinculo illi isti loci coniungantur. Deinde diligenter attendunt illud, quod cuique textui siue loco peculiare est: postea simul componunt, coniungúntque; & ex illa coniunctione tanquam pronunciatum aliquod efficiunt, quo & vtrumque locum, & cæteros, in quibus præcipuum illud vocabulum reperietur, exponunt. Tota ista res exempli appositione clarior reddetur. Audias igitur ex Numeror. 5. 2. *Præcipe filiis Israël, emittant è castrametatione omnem leprosum, & omnem fluentem, & omnem immundum. Et fecerunt sic filij Israel.*

Et ex Leuit. 24. 2. *Præcipe filiis Israel, vt affe-*

rant tibi oleum oliuæ purum, contusum pro luminari ad accendendum lucernam, &c. *Statutum præceptum perpetuum erit in generationibus vestris.*

Primùm tradunt RR. in his duobus Scripturæ locis diuersis de rebus tractari.

Deinde præcipuum illud verbum, quo velut nodo loci isti connectuntur, iubent attendi; atque illud est (*Præcipe*) Hebraicè צו *tsau.*

Tertiò in priore loco, quod obseruant Peculiare, illud esse dicunt: *Et fecerunt sic:* quibus verbis tempus præsens significari aiunt, & eâ ipsâ horâ, qua datum est à Mose præceptum, huic filios Israël obtemperasse; & è papilionibus nullâ interpositâ morâ leprosos & immundos eiecisse interpretantur.

In posteriore verò quod annotant peculiare, illud esse asserunt, *Præceptum perpetuum erit in generationibus.* quibus verbis futurum tempus intelligunt: Dicunt enim ex sacris paginis argui probaríq; non posse eo ipso tempore, quo Deus mandauit, accẽsum fuisse candelabrum. Hæc ergo duo, quorum alterum tempus præsens, alterum futurum respicit, simul coniungunt; & ex coniunctione illa istum modum, *Binian ab misne chetubim*, componunt, quo docent non tantùm ista duo præcepta, sed & alia, quæ per præcipuum illud verbum

tſau, id eſt, Præcipe, data fuere, Populo Iſraëlitico propoſita fuiſſe cùm in præſens, tum in futurum tempus obſeruanda.

Eadem via procedunt in aliis exemplis colligendis, dicúntque iſta, quæ fortaſſe videbuntur ſubtiliora, eorum tantùm palatum ferire; qui Hebraicæ linguæ delicatiores epulæ quantum ſapiant, probè norunt.

IV.

QVARTVS modus nominatur: כלל ופרט *chelal vperat*, id eſt, generale, & particulare. Hoc enim modo illud, quod genus eſſe videtur (vt vtar Dialecticorum verbis) ad eas tantùm partes ſeu ſpecies, quæ in textu nominatæ ſunt, reſtringunt; nec ad alias extendi poſſe dicunt.

Exemplum ex Leuit. cap. i. v. 2. obſeruant: *Loquere* (inquit Deus) *ad filios Iſrael, & dices ad eos, Homo cùm obtulerit ex vobis oblationem Domino de* ANIMALI, *de* BOVE *& de* PECVDE *offeretis oblationem.*

Hoc loco, nomen בהמה quod Latinè Animal vertitur, genus agnoſcunt; quod, in ſacris paginis tam de domeſticis beſtiis, quàm de feris dicatur. Bouem & Pecudem iſtius gene-

ris partes esse, siue species nemo negauerit. Ergo docent RR. præceptum istud Mosi datum intelligendum tantùm esse de his speciebus, quæ nominatæ fuerunt, & ad eas reuocandum בהמה וכו׳ id est Animal, Generis nomen. Vnde per istum modum contendunt è feris siue belluis syluestribus non licuisse rem sacram facere. Vt ex illis reuerà nullum fiebat sacrificium.

Quod si obieceris immolato hœdo rem sacram fecisse veteres; Respondent RR. pecudis nomine hœdum contineri.

V.

QVINTVS modus superiori contrarius vocatur: מפרט וכלל *miperat vclal*, id est, Particulare, & Generale. Fit autem, cùm species suum genus in oratione præcedunt. Vt autem in superiore modo nominatæ post genus species illud circumscribunt, & ad alias extendi non patiuntur; ita ex aduerso nominatæ ante genus species hanc illi per hunc modum vim (vt sic loquar) dant, atque imprimunt; vt extendatur, quàm latissimè potest extendi. Exemplum RR. suppeditant ex cap. 22. Exod. v. 9. *Si quis dederit socio suo* ASINVM

vel BOVEM, *vel* AGNVM, & OMNE ANIMAL *ad custodiendum*, &c. Hic *Asinus*, *Bos*, *Agnus*, species sunt; & priùs nominantur quàm *omne animal*, quod est genus. Vnde nulla (aiunt RR. animas quadrupes excipitur, sed quælibet intelligitur, siue munda illa fuerit, siue immunda, cicur, aut fera. Sensum ergo huiusce textus illum esse dicunt. Quodcunque animal dederit quis socio suo seruandum, tenetur ille socius iurare si mortuum fuerit, vel abactum, &c. Vide locum.

At obiicies, si simpliciter Scriptura dixisset, *omne animal*, nónne complexa fuisset animalia munda æquè ac immunda? Hoc ita habere respondent RR. sed admonent, cùm simpliciter genus ponitur fieri nonnunquam, vt aliqua species excipiatur per quendam modum ex istis XIII. vt patebit ex sequentibus. At verò cùm suum genus præcednnt species, duæ videlicet, tres, &c. ita illud potens reddunt, eiúsque ius sic asserunt; vt ab eo nulla species subtrahi possit, quæcunque tandem Regulà (siue modus) proponatur.

VI.

SEXTVS Modus nominatur כלל ופרט וכלל אי אתה דן אלא כעין הפרט: *Celal vperat vclal, e ata dan ela ceen haperat*: id est Generale & Particulare, & Generale; & habet locum, cùm, quòd Generale est, declaratur per Particulare, & istud Particulare rursus explicatur per aliud Generale. Res meridiana luce clarior tibi erit ab exemplo. Datur istud præceptum Deuter. 14. 26. *Pecuniam dabis in* OMNI, *quod auebit anima tua : In* BOVE, *in* PECORE, *in* VINO, *&* *in* SICERA, *&* *in* OMNIBVS *quæ postulauerit anima tua, & comedes ibi coram Domino Deo tuo, & lætaberis tu & domus tua.* Hic, *In omni quod auebit*, &c. habes vnum Generale, vt & alterum ibi (*in omnibus quæ postulauerit.*) Inter vtrumque autem positum est, *in Boue, & Pecore, in Vino & Sicera*, quod quidem particulare est. Præcipiunt igitur RR. hoc loco, & similibus, duo illa generalia ad singulare esse reuocanda, id est, si præter singulare illud, quod in textu expressum est, aliquid aliud vis addere quod sub duobus illis Generalibus contineatur, docent necessum esse, vt quod addituruses, eâ sit affectum qualitate,

seu

ſeu proprietate, quâ ſingulare iſtud affectum videtur. Vt, ſi præter Bouem, & Pecus; Vinum, & Siceram; vis aliam eſcam, aut potionem adiicere, animaduertere debes, vt in illa eſca aut potione, quam adiecturus es, illa qualitas deprehendatur, quæ in boue, pecore; in vino & ſicera deprehenditur.

Hæc autem bouis & pecoris, vini & ſiceræ qualitas in eo conſiſtit, vt ſit ולד ולדות הארץ .i. filius filiorum terræ, ſeu, Res nata de rebus in terra natis. Sunt enim, aut eſſe poſſunt in rerum natura Taurus & Vacca; ex quibus bos iſte (de quo in noſtro exemplo) genitus eſt: quod ſi non ſint, eſt illius ſaltem ſpecies: vt exiſtunt, aut exiſtere poſſunt vites, vnde vinum collectum: & arbores, ex quarum fructu ſicera expreſſa.

Docent igitur RR. potuiſſe te alterius animalis, mundi nimirum (vt eſt Bos) carnem menſæ apponere, puta ceruinam; Quia ceruus ולד ולדות, i. filius filiorum &c. cenſetur. Ita & apponere ceraſa, nuces, oliuas, & alias pomorũ baccarumq; ſpecies: quarum arbores non ad bimeſtre aut trimeſtre ſpatium, ſed ad plures annos in terram radices agunt. Fructus enim, qui ex his colligitur, quemadmodum vua ex vite, reputatur ולד ולדות, id eſt, filius fil. &c. Hinc legumina, cucumeres, pepo-

nes remoueri facilè intelligas: non enim eorum plantæ annum excedunt, ſed ſæpius vnà cum ſuo partu auelluntur, aut certè paulò pòſt marceſcunt, atque moriuntur.

VII.

SEPTIMVS Modus his concipitur verbis: מכלל שהוא צריך לפרט׳ ומפרט שהוא צריך לכלל׃ id eſt, à generali præcepto, quod eget particulari, & à particulari quod eget generali. Huncmodum vt intelligas, RR. præbent tibi exemplum petitum ex cap. 13. Exodi, & Deuter. cap. 15.

In Exod. legitur: *Sanctifica mihi omne primogenitum, quidquid primùm aperit vuluam in filiis Iſraël, & in homine, & in animali.*

In Deuteronom. *Sanctificabis Domino Deo tuo omne primogenitum, quod naſcetur in boue & in pecore maſculum.*

In præcepto Generali. *Sanctifica mihi, &c.* Fœmina potuit intelligi: Ea propter in particulari appoſitâ voce hac זכר, id eſt, maſculum, dubitatio omnis ſublata eſt. Ergo Generale præceptum, vt intelligatur, eget particulari. Iam verò quia Maſculus ille, potuit intelligi is; qui poſt abortiuum, aut etiam poſt filiam

vnam, duas, aut plures nafcebatur, opus fuit, vt dubium illud omninò remoueretur aliâ nota Generali.

Idcircò in Generali dictum eft פטר כל רחם, id eft, apertione vuluæ. Ergo particulare, vt clarè exponatur, eget fuo generali. Ex his, ni fallor, fatis apertus eft ifte modus.

VIII.

OCTAVVS Modus his cõcluditur verbis: כל דבר שהיה בכלל ויצא מן הכלל ללמד· לא ללמד על עצמו יצא· אלא ללמד ·על הכלל כלו יצא: id eft, vt κατὰ πόδα, ἢ κατὰ λέξιν vertam; Omnis res, quæ eft in Generali, & exiuit è generali ad docendum, non ad docendum fuper feipfam exiuit, fed ad docendum fuper generale tota ea exiuit. Hac Regula, ne longum faciam, quod dicitur de vna fpecie, dicitur de omnibus: placeat illud ex Poëtarum Principe, *Crimine ab vno difce omnes.* Exemplum colligunt R R. ex duobus locis. Ex cap. 22. Exod. text. 18. *Præftigiatricem non fines viuere:* & ex Leuitic. cap. 20. 27. *Et vir feu mulier, cùm fuerit in eis Pitho vel diuinus, morientur, & obruent eos.*

In textu Exodi ponitur, quod hîc Generale

dicimus, in voce מכשפה, id eſt, Præſtigiatrice, ſub qua continētur omnes ſpecies Genethliacorum, Diuinorum, Mathematicorũ, & Magorum, quos è medio tolli ſiue interfici lex iubet. In textu Leu. exprimitur τὸ Particulare in voce אוב, id eſt, Pytho, quod quidē Particulare è ſuo Generali velut è communi ſede egreditur, non tantùm vt diuino vel Pythonem habenti mortem intermineturn (nam id facit Generale præceptum) ſed vt genus pœnæ, ex qua mors conſequatur, dictet, nempe lapidationem. Ergo concludunt RR. lapidationem illam generali præcepto accommodandam eſſe, & Deum iuſſiſſe omnes, qui magicas artes tractant, lapidibus eſſe obruendos.

Agnoſcunt RR. hîc alium modum, per quem dicunt ideo particulare præceptum à Generali ſeparatim exprimi, vt & pro illo, & pro ſuo Generali concludēdum aliquid Scriptura ſacra doceat. Verbi gratia: Iubet Deus; Sabatho ne vllum fiat opus, vt habetur Exod. 35. verſu 2. Idem verſu tertio prohibet ne Iudæi Sabatho faciant ignem in habitaculis. Quid neceſſe erat (dicet aliquis) particulare iſtud præceptum dictare? Nam cùm facere ignem opus ſit, ſub Generali ſine dubio intelligebatur. Cùm ergo ſeparatim datum ſit, argumento tibi eſt & pro illo, & pro Generali

aliquid concludendum. Pro illo igitur, quoniam prohibitū est, ne fiat ignis in habitaculi , Scriptura vult vt cōcludas alicubi Sabatho licitum fuisse ignem facere, vt reuera Sabatho in Templo fiebat, ex Leuit. 6. Pro Generali verò vult, vt concludas in Templo nullum aliud opus præter ignem Sabatho cuiquam facere licuisse.

I X.

NONVS Modus his describitur verbis: דבר שהיה בכלל ויצא לטען טען אחר שהוא כעניינו יצא להקל להחמיר: id est. Cùm res aliqua, quæ speciei naturam induit sub Genere contenta, ab eo separatim exprimitur, idque vt quidpiam statuat, quod sit eiusdem subiecti cum illo suo Genere; exprimitur ad minuendum, non autem ad augendum.

Hoc certè modo particulare præceptum nihil distinctum habet à generali, sed eorum, quæ generale iubet, partem retinet, partem verò relinquit. Vnde minuendi causa proponitur, id est proponitur, vt quod faciendum imperat, aliò à se non extendat, & ad suum generale non referat. Hunc modum declarant RR. Ex Leuitic. 13. vbi נגע , id est,



plaga, generale nomen eſt, quod continet omnes ſpecies Lepræ: Cùm autem Deus huiuſce נגע, id eſt plagæ, generale præceptum proponebat, id iuris dabat ſummo pontifici, vt ſecundum accidentia, quæ leproſi plagæ contingerent; leproſum iſtum per quatuordecim dies poſſet includere, aut propter מחיה, id eſt, viuacitatem, immundum pronuntiare: Et hæc videbatur eſſe leproſi pœna. De illa igitur pœna מכוה & שחין, id eſt, adustio, & inflammatio, quæ erant lepræ ſpecies, & ſub נגע, id eſt, plaga, continebantur, detrahebant; Sehin quidem, quia qui ea affectus erat, ſeptē diebus includebatur; non enim legitur poſt illud temporis ſpatium à ſummo Pontifice potuiſſe includi, & licet Mehia huic accideret, non tamen immundus ab eodem Pontifice iudicabatur: Hæc enim Mehia non continetur in textu.

Micna verò, quia qui eâ laborabat, non poterat includi pluſquàm ſeptem diebus. At verò ſi Mehia accideret, poterat immundus pronuntiari. Et in eo diſtinguitur Micna, à Sehin, quæ in textu expreſſa eſt. Apponam totum S. Scripturæ locum, vt videas velut in appenſa Tabula modi iſtius rationem.

Leuitic. c. 13. 2. *Homo cùm fuerit in cute eius tumor, vel inhærentia, vel candor, & fuerit in cute car-*

nis eius, in tactum Lepra. Et aditur ad Aaron sacerdotem. 10. *Et videbit Sacerdos, & ecce tumor albus in cute, & ipse vertit pilum album, & viuacitas carnis eius, &c.* 4. *Et claudere faciet Sacerdos tactum septem diebus.* 5. *Et claudere faciet eum sacerdos septem diebus.* 11. *Lepra inueterata ipsa in cute carnis eius, & polluit eum sacerdos, nec claudere faciet eum, quia immundus.* 18. *Et caro cùm fuerit in ea, in cute eius inflatio, &c.*

X.

DECIMVS Modus his pronuntiatur verbis : אם לטעון טען אחר שלא כענינו יצא להקל ולהחמיר׃ id est, Et si res illa separatim exprimitur ad statuendũ aliquid aliud, quod non sit eiusdem rationis cum suo genere, ea de causa exprimitur, vt pro se aliquid, & minuat, & augeat. Modum hunc eiusmodi exemplo enarrant RR. Ex Leuitic. 13. *Homo cùm fuerit in cute carnis eius tumor, &c. Et fuerit pilus in plaga versus albus, &c.* Item versu 29. *Et vir siue mulier, cùm fuerit in eo plaga in capite vel in barba; & videbit Sacerdos plagam; & si aspectus eius profundus præ cute, & in ea pilus flauus.*

Aduerte autẽ quod τò Genus in primo textu his verbis, (*in cute carnis eius*) continetur.

Cutis enim & caput, & barbam includit. In ſecundo verò & barba, & caput ſpecies reputatur. Exprimitur ergo ſpecies ſeparatim, vt aliquid noui indicet, quod qualitate differat à ſuo genere. Nam pilus flauus non eſt eiuſdem qualitatis cum pilo albo, de quo in genere: Minuit igitur, quia licet vir aut mulier pilum album habuerit, non iudicabitur per eum, vt iubebat generale præceptum: auget autem, quia per pilum rufum iudicabitur. Ita tradidere RR. Quæ ſi obſcuriora videntur vno verbo ſic explico.

Per generale præceptum, quacumque tandem in parte cutis, homo lepræ plagâ laborans, habuiſſet pilum album, videbatur à ſacerdote iudicari potuiſſe immundus. Per particulare excipit Deus ab illo colore caput & barbam, & in iis alterius coloris pilum requirit. vt enim quis dicatur immundus ex barba aut capite, debet hic habere pilum rufum. Igitur particulare iſtud præceptum à ſe remouet qualitatem pili albi, & ſibi imponit qualitatem rufi. Ergo minuit, & auget.

VNDE-

X I.

VNDECIMVS Modus his explicatur verbis דבר שהיה בכלל ויצא לידון כדבר חדש אי אתה יכול להחזירו לכלו׳ עד שיחזירנו הכתוב לכללו בפרוש׃ id eſt, Particulare præceptum quod continetur in Generali, & ſeparatim exprimitur, vt de noua re iudicet, non poteſt reuocari ad Generale, donec illud ipſa Scriptura clarè & apertè reuocarit.

Exemplum huius Modi proponitur ex Leuitic. cap. 7. vbi agitur de præcepto Aaſam, האשם, id eſt delicto. Quo vt patet ex verſ. 2. iubetur ſacerdos ſanguinem ſpargere ſuper altare in circuitu, & totum adipem, &c. & fibram incendere, atque illa omnia ſuffire in altari.

Item ex Leuit. cap. 14. vbi ſic ſcriptum: *Et capiet Sacerdos de ſanguine Aaſam*, id eſt, delicti; *& dabit Sacerdos ſuper auris cartilaginem mundantis ſe, & ſuper pollicem manus eius dexteræ, & ſuper pollicem pedis eius dextri.*

Notabis præceptum Generale datum eſſe cap. 7. verſu ſecũdo, in nomine Aaſam, id eſt, delicti: Quo in Genere ſacrificij totus victimæ ſanguis in altari ſpargendus erat, vt & a-

deps & fibra, cæteráque quæ hîc recenſentur incendenda.

Particulare verò datur cap. 14. & ſeparatim à generali exprimitur, rem nouá vt inſtituat: quia nimirum per illud iubetur Sacerdos ſanguine tingere leproſi mundantis ſe auris cartilaginem: item pollicem dextrum & manus, & pedis. Itaque ex vi alicuius modi ex iis, quos expoſuimus, argumentari potuiſſes, & dicere: cùm præceptũ iſtud Particulare à ſuo Generali deflectat, non fuiſſe ſacerdotem obligatum ad alias res offerendas: vt puta, ad reliquum ſanguinem per altare ſpargendum; adipem, fibram, & alia igne comburenda. Et certè valeret tuum argumentum, niſi Scriptura ad Generale reduceret, quod facit v. 13. eiuſdem capitis 14. his verbis: *Et mactabit agnum in loco, quo mactabit oblationem pro peccato, & holocauſtum in loco ſanctitatis. quia* כחטאת האשם קדש קדשים הוא: id eſt, *ſicut oblatio pro delicto ſacerdoti ſanctitas ſanctitatum eſt.* Nam nomen iſtud *Haaſam* ה demõſtratiuo affectũ indicat præceptum illud Generale, de quo iam mentio facta eſt; vt & repetitæ iſtæ voces: קדש קדשים הוך id eſt, *ſanctitas ſanctitatum.*

Vnde concludunt RR. quod cùm rem ſacram pro leproſo faceret ſacerdos, præter ea

quæ nominatim præſcripta ſunt, iubebatur reliquum ſanguinem, adipem, & fibram (vt fieri ſolebat ex præcepto Generali) Deo Opt. Max. offerre & incendere. In aliis exemplis idem eſt obſeruandum.

XII.

DVODECIMVS Modus his declaratur verbis: דבר הלמד מענינו' ודבר הלמד מסופו: id eſt, Res quæ docet te quidnam de ea ſentire debeas, è materiâ de qua in Scriptura tractatur: item & res quæ idem te docet ex fine ſuo, id eſt ex vltimis verbis ſui tractatus. Duo habet membra vt vides, Prioris exemplum eſt petitum ex cap. 20. Exod. vbi textu 14. Deus præcipit, *Non occides, Non adulterabis, non furaberis, Non reſpondebis in ſocium tuum teſtimonium falſitatis.* Non apparet hoc loco, de quo FVRE legem tulerit Scriptura. An de eo, qui vltimo capitis ſupplicis eſt afficiendus, an verò de eo qui pecunia tantùm multatur. Nam vox iſta גנב, goneb, de vtroque dicitur, vt patet ex Geneſ. 22. 1. Et Deut. c. 24. 7. Hac ergo priori parte Regulæ præcipitur, vt rei ambiguæ fiat iudicium, כענינו, id eſt, ex ſubiecto de quo tractatur.

Quamobrem cùm hîc agatur de criminibus capitalibus, de eo FVRE goneb est intellidus, cuius crimen vltimo supplicio punitur.

Posterioris autem exemplum sumitur ex Leuitic. 14. versu 34. vbi sic legitur, *Et dabo plagam lepræ in domo terræ possessionis vestræ*, &c. Item ex ver. 45. *Destruétque domum lapides eius, & ligna eius, & vniuersum puluerem domus.* Id clarè sic explicatur. Iubet Deus domum lepra affectam destrui; nesciebatur de qua domo præceptum esset intelligendum. Intelligitur ergo מסופו, id est ex fine istius rei, de qua agitur, qualis sit illa domus, quam Deus vult destrui, quæ nimirum ædificata fuerit ex lapidibus, lignis & luto: itaque monent RR. huic legi obnoxiam non fuisse domum illam, cui vna res ex tribus istis deesset, vt putà si fuisset similis pastorum mapalibus, aut Troglodytarum cauernis, aut Gedrosorum ædiculis, quarum fores erant ex belluarum maxillis, & tecta ex ossibus.

XIII.

DECIMVSTERTIVS & vltimus Modus his effertur verbis: שני כתובים המכחישים זה את זה' עד שיבא הפסוק השלישי ויכריע בינהם:

id eſt, Duo loci Scripturæ inter ſe contrarij videntur, donec accedat verſus tertius, qui inter eos excitatam velut litem dirimat.

Cùm in ſacris paginis occurrunt duo verſus, qui pugnare inter ſe videntur, noli ſtatim exiſtimare eſſe contrarios, ſed animum aduerte ad ea, quæ poſtea eadem de re ſcribuntur. Nam locum aliquem tibi Scriptura ſuppeditabit, qui litem & controuerſiam dirimet. Ex eóque diſces, quemadmodum vtérque locus ſit exponendus.

Tradunt enim RR. nefas eſſe exiſtimare in ſacris paginis legi reperirive quidquam quod ſibi repugnet. Huiuſcemodi exemplum ſumunt ex Numeror. cap. 7. v. vlt. *Cùm veniret Moſes in tabernaculum conuentus*. Et ex cap. 40. verſ. 34. Exodi, *Non potuit Moſes ingredi ad tabernaculum conuentus*.

Hîc, vt vides, Moſes dicitur ingredi & non ingredi tabernaculum; quæ duo pugnare videntur. Propterea addidit Scriptura, *quia habitauit ſuper illud nubes*. Quæ verba contrarietatem dirimunt, ita vt ſit iſte ſenſus, Moſem intraſſe quidem in tabernaculum, cùm nubes illud non occuparet; at cùm occuparet, non potuiſſe intrare.

PARAPHRASIS KALDAICA.

PSALMI CXIX.

1. BEATI *qui perfecti sunt via, qui ambulant in lege Domini.*
2. *Beati qui obseruant testimonia eius, in toto corde quærunt doctrinam eius.*
3. *Etenim non operati sunt iniquitatem, in viis eius rectis ambulauerunt.*
4. *Tu præcepisti madata tua custodiri multum.*
5. *Bonum fuit mihi quod præparauerim vias meas ad custodienda decreta tua.*
6. *Tunc non confundar, cum prospexero ad omnia mandata tua.*
7. *Confitebor coram te in directione cordis, cum didicero iudicia iustitiæ tuæ.*
8. *Decreta tua custodiam, ne derelinquas me prorsus.*

מזמור קיט

1 אשרי תמימי דרך ההלכים בתורת יהוה׃

2 אשרי נצרי עדתיו בכל לב ידרשוהו׃

3 אף לא פעלו עולה בדרכיו הלכו׃

4 אתה צויתה פקדיך לשמר מאד׃

5 אחלי יכנו דרכי לשמר חקיך׃

6 אז לא אבוש בהביטי אל כל מצותיך׃

7 אודך בישר לבב בלמדי משפטי צדקך׃

8 את חקיך אשמר אל תעזבני עד מאד׃



INTERPRETATIO ALPHABETI I. PSALMI CXIX.

Alphabeticè conſcripti per excellentem R. Mathathiam Iſtharæum, cuius anima in pace quieſcat.

DICIT Interpres, neminem intelligentia præditum latet nullum verbum eius qui Spiritu ſancto dictante loquitur eſſe temerè aut fortuitò prolatum, nec decere addi quicquam, aut detrahi iis, quæ ipſe dicere in animo habuerit, & Dauidem qui in pace quieſcat huiuſce rei eſſe teſtem locupletem, dùm, inquit, Spiritus Domini loquutus eſt per me, & ſermo eius factus eſt per linguam meam. Ex quo loco perſpicuum eſt non ſatis eſſe, vt rem ipſam quam ipſe Dauid Spiritu ſancto dictante aſſequutus eſt, veram eſſe teneamus, nihilque mendacij continere, quandoquidem Spiritus Domini ſit, ſed etiam voces ipſas omnino eſſe accuratas, ac ex ipſis diuinæ ſcientiæ penetralibus erutas. Atque huic rei quan-

quam dico argumento est, quòd in hoc Psalmo nihil non egregium, atq; præclarum reperire est. Existimat quidem homo rudis esse in eo multa vocabula temerè posita: exempli gratia, interdum dicit פקודיך i. *mandata tua*, interdum מצותיך id est, *præcepta tua*, interdum משפטיך id est, *iudicia tua*, interdum עדותיך id est, *testimonia tua*, interdum הורני id est, *instrue me*, interdum למדני i. *doce me*, interdum הבינני i. *intelligere fac me*. Præterea quia hîc est tot vocum repetitio, arbitratur idem vnam atque alteram vocem significare, vsurpasséque Dauidem aliquando vnam, aliquando verò alteram nulla suadente ratione. Atque videntur omnia penè Dauidis verba esse inter se similia, vt facile iudicare poterit, qui vel leuiter examinare voluerit. Sed hoc sententiæ nostræ aduersatur, hocque est quod me impulit, vt eum accuratiùs expenderem, ipsúmque clarè explicarem; præsertim cùm alphabeticè conscriptus sit, ita vt quemadmodum in litterarum combinatione omnia quæ sunt & fuerunt, continentur, omnesq; perfectiones, sic hic Psalmus complectatur omnes perfectiones, quæ homini quatenus homo est necessariæ sunt. Accedit huc quòd nemo crediderit temerè, & sine consilio vnamquamque litteram repeti. Sed

quanquam ſcio quàm mihi ſit curta ſupellex, longéque omnibus ſim inferior, ſtatui tamen ſi quo pacto poſſim benè mereri. Quòd ſi veritatem aſſequutus fuero, profectò eſt mihi prompta merces ab eo qui docet hominem ſcientiam, necnon à paruulis quibus non ſecus atque mihi aliquid vtilitatis ex interpretatione mea eſt acceſſurum. Atque ne longiùs quoque ab huius Pſalmi argumento diſcedam, mercedem expecto à Deo Opt. Max. quòd nimirum inſtituti mei ratio grata illi futura ſit. Ergo monitos velim quotquot mente ſunt præditi vt ipſum expendant. Quod ſi ipſi fecerint, clarè intelligent, ipſámque aſſequentur veritatem. Ipſe autem opem Dei precatus dico nil aliud ſpectari in hoc Pſalmo, quàm vt homo doceatur principiò rectam inire viam, donec attingat vltimam animæ perfectionem in omnes æternitates. Nimirum ſtatuit in primis qua ratione puer rectum iter ingrediatur, videlicet à littera ב Beth; Nam Aleph eſt veluti quædam præfatio. Quoniam verò nulla alia res facit ad obtinendam illam perfectionem, quàm ipſa Lex, orditur ab illius diuiſione in (octo) partes א Atque hæc eſt literæ Aleph ratio. Arbitrorque diuiſionem illam innuere quatuor ſphæras (videlicet ſphæram Lunæ, ignis,

frigoris, pluuiæ) à quibus res hæ ſublunares pendent, ſuúmq; decus habẽt, ac dignitatem, quemadmodum ſcripſit Rabbi Moſe Maiemonis filius felicis memoriæ c. 15. parte ſecũda: necnon quatuor elementa, quæ quidem complectuntur omnia entia inferiora: quo quidem ſignificatur agentia (nimirum quatuor ſphæras) & patientia (nimirum quatuor elementa) agere, & pati eo modo quo lex diuina decernit, iſque qui eam talem eſſe facit, qualem eſſe neceſſe eſt, id eſt, in vtilitatem perfecti alicuius hominis, aut gentis aliqua fiunt aliquando iuxta Legis huius decretum, quæ ſint præter ordinem generalem.

Innuit quoque hac diuiſione quinque libros Legis, quibus quidem omnis lex, omnéſque omnino eius perfectiones continentur, necnon tres partes legis ore traditæ, quarum prima, eſt expoſitio pręceptorum perſpicuorum, de quibus nulla vnquam eſt controuerſia. Secunda eorum quæ difficultatem aliquam patiuntur, propterea quòd diſcantur duntaxat vno ex tredecim modis, quibus legem diſci poſſe dictum eſt. Tertia denique eſt eorum quæ Moſes in monte Sinai accepit, quorum nihil habetur in lege ſcripta. (Ea eſt Cabballa.) Sicq; ſcripſit R. Moſes Maiemonis filius fauſtæ memoriæ, *Lex Domini* di-

cit initiò quòd *Lex* sit genus omnes alias species complectens. תורה autem.i. *Lex* nil aliud est quàm regula, & veluti quædam introductio vt quis res excellentes, & animaduersione dignas mente assequatur, quæque, quod primum est ac præcipuum, doceat
Vox Cabalistica. hominem נשנה * id est, *summum animæ bonum.* Docet etiam regulam hanc esse à Deo Opt. Max. Species porrò Legis sex sunt, prima est עדות id est, *Testimoniũ*, quod complectitur narrationẽ secretorum ipsius Creationis, Diluuij, Diuisionis linguarum, patrum hystoriam, eaque quæ illis contigêre, narrationem, inquam, stationis montis Sinai, tabernaculi ædificandi, eorum denique quæ patribus in deserto contigere, quæ omnia ita perspicua sunt, vt dum aliquis testatur de re aliqua quàm ipse viderit aut audiuerit. Secunda species est דרכים i. *viæ*, quæ nil aliud sunt quàm morum, seu vitæ quædam institutio ad supradictarum narrationum normam, propter quam homo, neque præmio, neque pœna dignus est, ex. g. liberalitas, humilitas, sui ipsius abiectio, hisque similia. [Cùm
Addit. enim nullum de istis moribus sit præceptum, non est cur quis mercedem expectet si istis studuerit, nec pœnam pertimescat, si iis minimè præditus fuerit. Nec hoc ita est accipien-

dum quasi damnet hos mores, sed potiùs vt velit istis moribus, vt pote de quibus nullum extet præceptum nullum reperiri constitutum præmiũ, aut pœnã.] Sicq; scriptum reperimus בפרק דסוטה Dixerunt magistri nostri faustæ memoriæ, ex principio & fine Legis discere est beneficientiam, ex. g. sponsæ ad maritum suum introductionem ex illo versu 2. Gen. qui primus Legis liber est, & adduxit eum ad Adam: Sepulturam mortuorum ex vlt. cap. Deut. qui vltimus eiusdem Legis liber est, & sepeliuit eum in valle, &c. Tertia species est פיקודים i. *mandata*, (ad ver. Deposita:) Exponunt Rabbini esse præcepta de quibus necesse sit omnem hominem intelligentia præditum esse diligenter sollicitum, perinde àc si dicas ea esse deposita in hominis intellectu. Quarta species est חוקים i. *statuta*, atque hæc sunt præcepta quorum ratio etiam mente præditos latet, nemóque est eorum qui sapiunt, qui rationi illorum inuestigandæ non studeat vnusquisque pro ingenij sui viribus. Quinta species est מצות id est *præcepta*, hæcque sunt quorum rationem lex ipsa explicat, ex.g. præceptum Sabbathi cui statim subditur ratio, Quia sex diebus fecit: necesséque fuit vt præciperétur siquidem haud sint innata humanæ menti. Sexta denique Exod. 20.

ſpecies eſt משפטים id eſt, *iudicia*, quæ nil aliud ſunt quàm merces, aut pœna vnicuique operi conſtituta.

Reſtat iam vt aggrediar explicare ſingulos verſus.

Beati illi viri, quorum natura & indoles eſt perfecta non vi aut aſtutia; ſi enim ambulauerint in lege Domini, haud dubiè veram perfectionem aſſequentur. Mutuis namque auxiliis ſeſe iuuant & ingenium & ſtudium. Vel in hunc ſenſum dixit.

Beati qui ambulant in lege Domini, ſi ſumma cum perfectione in hac ſeſe exerceant. Finge tibi modò ſic Dauidem loqui; Tenet me indagandæ veritatis, atque videam cuiuſmodi eſt illa iſta veritas, incredibile ſtudium non vt cæteris antecellam, aut etiam cùm diſputatur acerrimè contradicam.

Hinc autem inter iſtas duas ſententias naſcitur diſcrimen, quod facultas intelligendi reperitur ſine eruditione, & eruditio ſine intellectu. Cùm autem Pſaltes Regius coniunctim dixit (*in lege Domini*,) hoc intendit debere hominem toto pectore in legem incumbere, quòd qui eam tradidit, Dominus eſt qui ſemotus ab omnibus accidẽtibus, cuncta cõprehẽdit. Si enim lex ab humano intellectu licet perfecto inſtituta fuiſſet, omni ho-

mini dare non posset perfectionem, nec omni tempore propter accidentia numero pene infinita quæ animo percipere non posset.

2. BEATI *qui scrutantur testimonia eius, &c.*] Vsurpatur verbum Nezira, cùm agitur de custodia accurata & limitata, vnde & formatur Mezer, id est locus angustus benè munitus: siue arx parua.

Hæc autem legis pars, quæ per istam vocem Hedotau, id est testimonia designatur, cùm propter prophetiam naturali intellectus indagatione non possit acquiri, postulat secessum quemdam, & requirit theoreticam speculationem siue meditationem. Per vocabulum verò Nezira voluit innuere beatos illos qui cum alta quadam mentis meditatione testimonia illa diuina custodiunt.

IN *toto corde exquirunt eum.*] Hoc hemistichio bona opera designantur. Quasi velit dicere: Qui testimonia custodiunt; quærent EVM, id est quærent omnia illa præcepta quæ sub Hedot, id est sub testimoniis continentur, vt reuera faciant opera quæ præscribunt. Cuiusmodi est Keriath schemah lectio audi; quæ est oratio ex Deut. 6. *Audi Israel Dominus Deus tuus Dominus vnus est.* Quam solent Hebræi bis singulis diebus mane ac vespere recitare summa cum attentio-

ne. Item Tephillim, id est membranæ, quas oraturi Iudæi applicant capiti, & manui sinistræ seu fronti & brachio sinistro. Et Mezuza schedula in qua scriptum : *Audi Israël Dominus Deus tuus Dominus vnus est* : quam ponebant super limen osti, & cætera id genus. Mens Psalmistæ est non esse vndequaque perfectam meditationem nisi opus adfuerit, nec opus omnino completum nisi ipsa cordis meditatio cum eo coniungatur. Aliter enim sentit faciendum quàm faciebant illi, qui Tephillim & Mezuza parabant potiùs ex consuetudine & disciplina qua à teneris annis imbuti fuerant, quam animi commẽtatione; de quo hominum genere conqueritur Deus apud Isaiam cap. 29. vers. 13. Cæterùm pronomen istud הוא in voce ידרשוהו referendũ est ad singulas partes, quæ continentur sub generali nomine עדותיו.

3. ETIAM *non operati sunt iniquitatem, in viis eius ambulauerunt.*] לפנים משורת הדין. Hæc verba sonant, Non sufficit eis quòd si hæc non agerent, iniquitatem nullam operarentur, imò in viis Domini ambularunt, id est assuefecerunt sese documentis ex historia sumptis, & in iis ambularunt, id est, eiusmodi documenta imitati sunt.

4. TV *præcepisti mandata tua, ad custodiendum valde.*]

valdè.] Attingit ea, quæ naturali intellectus indagatione percipiuntur mandata; quæ vt quis exequatur diligentẽ operam debet nauare: verbi gratia si dicas, Caue à crassioribus & parum salubribus cibis. Abstineto à re Venereâ, eáque sterili, non autẽ ab ea quâ legitimè genus humanũ propagatur: item abstineto à cæde, furto, & ab aliis eiusmodi facinoribus. Tum monet Dauid eum (quem sic hortaris) ne mandata illa secundum ingenij captum custodiat, cùm Deus benedictus illa præscripserit, & præscripto eius rationi consentaneum sit obtemperare. Dixit autem, *Ad custodiendum valde.* Nam homo in illa mentis suæ agitatione seu cogitatione arbitrari fortasse posset, Prouinciarum, seu reip. πολιτείαν firmius stabilitum iri secũdum præscriptas à se leges quàm à Deo. Sed aliter habet, vt videre est quantum discriminis intercedit inter iudicia Pop. Israëlitici, & iudicia gentium nationúmque & statum Prouinciarum, iuxta præscriptas ab vno quoque horum leges. Eam ob causam monuit Psaltes mandata illa valde custodienda. Deus namque & rerum arcana, & quæ ex illis vsque ad vltimum diem consequentur, probè nouit.
5. VTINAM *dirigantur viæ meæ ad custod.*] Quoniam & concupiscentia & gentilis populus contra ista statuta militant, & ad ea exe-

quenda nolunt cogi, vehementi oratione precatus est, & ea vsus verbi significatione qua de Mose Exod. 32. 11. S. Scriptura dicit משה יחל, id est, *& orauit Moses.* vbi R R. annotant Mosem ex nimio orandi affectu ægrotasse. Hoc enim verbum חלה & orare & ægrotare significat. *Vide Pagninum in hoc verbo.* Precatus inquam est Dauid, vt ea facultate intelligendi donaretur, qua iuuante, ad illa præcepta amplectenda cogeretur. Quasi dicas, quod Dauidi tot beneficia támque inaudita contingent, vt velit nolit, cogatur fateri propter opera, quæ facit, beneficia ista sibi contigisse.

6. TVNC, *ait, non pudore afficiar, cùm respexero ad omnia mandata tua.*] Quasi dicat in statutis si tam validam reperiam rationem, vt ad ea complectenda animum inclinem, & arguenti contrà resistam: quantò minus erubescam, cùm in illis mandatis meditabor; quorum in lege reddita est vera & legitima ratio. Non pudore, inquam afficiar, nec aduersantem contrà, nec reluctantem reformidabo.

7. CONFITEBOR *in rectitudine cordis, cùm didicero iudicia iustitiæ tuæ.*] Confitebor tibi, cùm ego mẽte examinabo pœnas statutas esse æquissimas, & velut in lance appensas, atque admissæ culpæ respondentes comperiam. Iam verò cùm in malis æquè ac in bonis rebus

Deum laudare homo iubeatur: fiatque nonnunquam, vt coactus & inuitus id faciat: quòd eo tempore contingit, cùm ideo quia promeritus est, à Deo pœnas infligi sibi non attendit, hac de causâ dixit Dauid, cùm didicero iudicia, quæ recta fecisti, & diligenter è sua causa ponderasti: tunc confitebor in rectitudine cordis. Illa enim iure siue æquitate (quæ est velut linea recta) omnino inniti animaduertam. Propterea dixit coniunctim, *iudicia iustitiæ tuæ*; non autem simpliciter iudicia tua. Præterea dixit Beiofer, id est rectitudine. Nam auctores sunt Geometræ à puncto B. ad punctum C. lineam rectam cæteris esse breuiorem, id est, tortuosum nihil, obliquum in hanc aut in illâ partê nihil cadere. Si igitur, ait Dauid propter beneficia Deû laudo, id facio, non quia Deus perfectus est, sed quia in me beneficia contulit, adeò vt si animû afflixerit dicta statim retractem, & vt aiunt Palinodiam canam: hîc mihi nulla erit cordis rectitudo. Eapropter ait, Confitebor tibi in directione cordis, nec in vllam partem, quæ me pertrahat inclinabo. At mihi tantùm ante oculos proponam, quod Deus est perfectissimus.

8. *Statuta custodiam, ne derelinquas me vsque valde*] Cùm illi mandatorum generi, quæ החוקים

id est statuta nominantur, multi resistant atq; aduersentur, eorum meminit iterum, & dicit statuta tua custodiam, ne nimiùm me derelinquas; id est, cùm in illis meditabor, ne nimium me derelinquas, aut si velis sic expone, ne nimium me sinas in illis meditari.

Rabini autem auctores sunt hunc locum esse similē aliis Scripturæ locis, vbi repetitur verbum שמר ad custodiam secundam, id est, accuratam custodiam indicandam, quæ custodia dicitur per ἐπιζεύξιν siue combinationem ab Hebræis סייג id est sepes.

Ne me derelinquas nimium; videtur duriter & parum aptè. Nam cùm ait, ne me nimiū derelinquas vult ne inferre, vt eum Deus parum derelinquat? At ipse alio loco scribit; *Abscondisti faciem tuam, & factus sum confusus.* Psal. 38. 8. Item alio Psal. dicit, *Custodi me vt pupillam oculi.* His verbis vult innuere hominem periculis obnoxium esse, quod nimium variis casibus sit proposita illius vita, vt, quemadmodum pupilla, quæ oculi filia vocatur, opus habeat forti custodia. Ego verò arbitror versus istius hunc esse sensum. Cùm ego considerabo & perscrutabor præcepta illa quæ החוקים appellantur, ne me nimium derelinquas in potestate inuestigationis mentis meæ, ne cum illa ab humano intellectu longè re-

motà ſint, leuiter attingam, percurram, & in iis faciendis parcus ſim & rarus: aut verte, *deſinam totis viribus ea amplecti.* Sed neceſſe eſt vt commentatio mea temperata ſit, & permiſta & indagatione, & traditione (quæ lex verbalis dicitur.) Nam hinc eueniet vt ſim ea conſideraturus, quemadmodum propriè conſiderari poſſunt. Ac tum fatebor ego mandata, & eum qui illa præſcripſit, me multò melius perfectam eorum rationem atque perſpexiſſe. Cæterùm huius literæ vt ſummatim dicam ſcopus eſt, vt Legis partes exponat.

Don Ioſeph filius Don Aben Iechaia Hiſpanus.

HIC profectò Pſalmus omniũ Pſalmorum excellentiſſimus eſt, atque præſtantiſſimus. Eſt enim oratio Dauidis ad Deum, quò animæ illius opituletur, eámque diſponat, vt addiſcat Deum timere, eiúſque viis, operibus, ac præceptis adhærere per quæ tãdem ęternarum deliciarum digna efficiatur. Indicat autem deſiderium ſuum ſuper ea re, quòd multa ſint, eáque externa impedimenta, atque obſtacula, quæ impediant quominus Deo ſuo adhæreat.

Quod quanquam ita eſt, tamen virum ſe præbuit aduerſum illa, necnon aduerſum temporis iniurias, atque caſus, qui ſeſe nobis obiicere ſolent: ſemperque oculos, atque animum in ſtudio colendi Dei ſui defixos tenuit, inſtitítque viis legis, ac mandatorum eius. Idcirco Dei ſui opem hanc in rem implorauit. Et quoniam totus erat in deſiderio legis Domini, atque mandatorum eius, vix credas quoties eorum mentionem faciat, & quàm variis, ac diuerſis nominibus appellet: non ſecus atque ſolent, qui aliquid laudare inſtituunt, multis vocabulis idem ſignificantibus, variiſque titulis vti. Porrò diuerſa illa nomina, quæ in commemoranda Dei lege & præceptis eius vſurpat, omnino ſunt duodecim &c. Illáque omnia Legi tam vniuerſaliter, quàm particulariter conſideratę tribuuntur. Scias autem velim nullum eſſe verſum, in quo horum vnum, aut certè ſimile aliquid non reperiatur: ex. g.
v. 22. *Oblecta ſeruum tuum bono:* Bonum quippe
v. 72. de Lege accipi debet, vt patet ex illo, *Bona eſt*
v. 90. *mihi lex oris tui* &c. Eodem modo dicitur, ***In generationem & generationem veritas tua: fundaſti, terram, & perſtat.*** Veritas quippè cadit in Legem vniuerſim ſumptam. Idem eſto iudicium de reliquis. Totus autem hic Pſalmus ordine alphabetico conſcriptus eſt pro-

pter insignem eius dignitatem. Quoniam verò reliquis Psalmis longè excellit, singulos octo versus vna litera notauit, atque insigniuit. Hunc autem numerum elegit, quo tamen in laudibus celebrandis vti minimè solent, quemadmodum denario, & septenario; vt significaret huius Psalmi excellentiam hoc numero contineri; tribus videlicet animabus, & quinque sensibus; quæ quidem omnia nihil aliud spectare debent, quàm cultum Dei qui quidem est octauus entium: si causam effectui adiungentes incipiamus à metallis, lapidibus, & cæteris huiusmodi, quorũ causa sunt vegetantia, vegetantium autem causa sunt viuentia, viuentium rationalia, rationalium id est, hominum diuini homines, atque hi sunt Israëlitæ, propter iustos enim mundus inferior creatus est. Mũdi inferioris causa est mundus Sphærarum seu orbium, huius verò mũdus Angelorum, huius denique Deus Opti. Max. causa causarum quæ sine fine benedicatur. Porrò Dauid tenetur summo desiderio cognoscendi septem scientias (seu sapientias) necnon scientiam (seu sapientiam) Legis quæ octaua est longéque omnibus aliis antecellit, vt earum adminiculo Deum colat, siquidem vir rudis non vereatur peccare, nec indoctus, & illiteratus pietatem colat, vt dicitur in Pir-

Significat hic octo entium gradus à metallis &c. ad Deum vsque inclusiuè.

ce Aboth, id eſt, in capitulis Patrum.

Porrò accepi à Magiſtris noſtris eſſe in hoc Pſalmo admiranda quædam ſecreta diuinorum attributorum, quæ quidem maximè iuuare poſſint Cabbalam abs hominibus noſtri ſæculi neglectam prorſus, ac derelictam: & præterea qui ipſum iugiter recitarit, eum vim quãdam animi aſſequuturum, ſiue ad diſcendas ſine magno labore ſcientias, ſiue ad promptè, & alacri animo Deo ſeruiendum. Deum autem ipſe precor, vt deducat me per gradus rectitudinis, & aperiat cor meum in Lege ſua.

LITTERA ALEPH.

NIL aliud agitur hac literâ, quã vt docearis qua via, & ratione adipiſci poſſis duas beatitudines, tẽporalẽ nimirũ, & æternã. Eſtque oratio Pſaltis ad Deum, vt illum adiuuet ad inſiſtendum iſti viæ, quò ad ſummam beatorum perfectionẽ perueniat. Eos autem intelligit beatos, in quibus ſeptem reperiantur conditiones. Prima, vt ſint *Perfecti via*, id eſt credant Dei Opt. Max. exiſtentiam, totiq; eius amore flagrent, nec verò cogitent de Diis
Deut. 18. alienis: quo ſenſu dicit Scriptura, Perfectus eris

eris cum Domino Deo tuo, Gentes enim istæ ad quas tu venturus, es ariolos, & diuinos consulunt: tu autem non sic: dedit enim Dominus Deus tuus. Hoc quippe est secretum secretorum, & columna scientiarum. Secunda est, vt *ambulent* semper ac meditentur *in Lege Domini* sapientem efficiente paruulum, quò explorēt rationes claras, & perspicuas, quia, quemadmodū dixi, virrudis & ignarus nō timet peccatū, &c. Tertia est vt *custodiant testimonia eius* .i. præcepta quorum ratio aperta est, eorum verò * entitas occulta, ex. g. Pascha, festum Tabernaculorum, quæ quidem testantur de miraculis patribus nostris exhibitis. Quarta est, vt orent ad Deum, & *quærant eum*, quo tempore affligentur, ídque *toto corde*, id est, non modò sequendo bonum illum affectum vnicuique ingenitum, sed etiam fomitem peccati subigendo. Quinta est, vt *etiam non operentur iniquitatem*, nec transgrediantur præcepta affirmatiua. Sexta est, vt *in viis eius ambulent*, id est, in statutis quorum ratio, & entitas occulta est, siquidem ad vias Dei, eiusque secreta, atque arcana pertineant. Septima est, vt ambulent in mandatis tuis quæ *tu præcepisti vt custodiantur valde.* Hæc sunt iudicia quæ ratio dictat, lex autem præcipit esse diligenter obseruanda, quòd ea sint causa conseruationis

* *neq; enim id ad quod significandum sunt instituta vsq; piā in rerū naturā extitit.*

mundi. Ea propter dicta פיקודים, id est, deposita, quòd in animo nostro essent deposita, antequam lex esset data.

v. 5. *Vtinam.* Oratio est Psaltis ad Deum, vt illi præsto sit ad insistendum septem illis viis suprâ commemoratis, quò perfectionem obti-
v. 5. neat. Rogo te, inquit, Domine, vt *firmentur viæ meæ ad custodiendum statuta tua*, quæ quidem hominibus mira, & noua sunt, cùm ratio illorum nulla appareat, eáque sunt *viæ* illæ quarum paulò antè mentio facta est. *Vtinam*, in-
v. 6. quam, *quum inspexero* in libro legis tuæ *omnia mandata tua* singulatim, quum meditatus fuero in ea die ac nocte, *tunc non pudore afficiar*, quòd aliquod ex illis prætergressus fuero. Omnia quippe mādata quæ quidē sūt testimoniū, quęque superiùs cōmemorata sunt, tēpore suo exequar; *neq; pudore afficiar*, atq; præstabo quod ipse dico; *neque pudore afficiar*, dùm legero eo in libro præceptum *non furaberis*, cùm nimirum fuerim innocens manibus. Quod si verò manus meę essent plenę sanguinis, totus pudore suffunderer, quòd ius essem pręteгgressus.
v. 7. *Vtinam*, inquam, *celebrem te in rectitudine cordis*: (Hoc ait ratione illius orationis de qua dixit, toto corde quærent eum) dum nimirum *didi-*
v. 8. *cero iudicia iustitiæ tuæ*, quæ quidem sunt *mandata* seu deposita illa quorum suprâ facta est

mentio. Ea autem vocat *iudicia iuſtitię*, propter ea quòd nulla vſquam ſint iudicia iuſta, quemadmodum ea quæ tulit Cõſiſtorium Iſraël, cùm non poſſent illi iudices errare, vt pote quibus Deus aſſidebat, atque inſpirabat quæ loquerentur in omni iudicio; Quò ſpectat * ſecretũ illud, Deut. 19. 19. Et facietis ei quemadmodum cogitauit facere. Vbi non dicitur, quemadmodum fecit. *Vtinam* etiam *ſtatuta tua cuſtodiam*, quæ quidem ſunt præcepta negatiua; *caue* ſiquidem, *ne forte*, *ne*, iſtæ particulæ indicant aliquid non eſſe faciendum. Vocat autem ea *ſtatuta* Metaphoricωs, quòd ſe habeant inſtar ſtatuti, atque edicti Regij quo cauetur ne hoc & illud fiat. *Vtinam* denique *ne derelinquas me diutiùs*, & in perpetuum, ſed perfectus tecum ſim, nec deſeram te, vt cogitem de Diis alienis: hócque eſt eiuſmodi, ac ſi auxilium à Deo peteret, ne ipſe cogitatione peccaret.

** De hoc ſecreto conſule Ialkut ſuper verſum 14. cap. 14. l. 2. Sam. v. 8.*

ABEN HESRA.

IN ISTIS 176. verſibus ordine Alphabetico ſcriptis annotauit Iair Magnæ Maſoræ auctor nullũ exiſtere verſum, in quo non fiat mentio, aut Viæ, aut Legis, aut Teſtimonij, aut

Mandatorum, aut Eloquiorum, aut Statuti, aut Præcepti, aut Iudicij, aut Sermonis, vno tamen verſ. 122. excepto, cuius hęc ſunt verba, *Dirige ſeruum tuum in bonum, non calumnientur me ſuperbi.*

Porro huius libri initio iam notaui, quod ad hos verſus interpretum nonnulli tradunt quoſdam aſſeuerare à Dauide ſcriptos non fuiſſe.

אשרי דרך vtrique parti verſiculi hæc dictio דרכי inſeruit, & ſic ſecunda pars exponitur, *Qui ambulant in via legis Domini.*

BEATVS: Initio huius Pſal. Dauid de illo eſt locutus, qui ad viam rectam capeſſendam ſeipſum aſſuefacit. Huius etiam meminit, qui העדות, id eſt teſtimonia à maioribus accepta obſeruat, quæ ſanè teſtimonia nullo alio innituntur fundamento, quam oculorum fide.

ETIAM, &c.] Auctor eſt R. Merinos hanc particulam אף exponendam eſſe, vt exponitur apud Iob. capitulo quarto 19. אף שוכני, &c. id eſt quanto magis. Totus Iobi locus eſt, *Ecce, qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles, & in Angelis ſuis reperit prauitatem. Quantò magis ij, qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum conſumentur à tineâ.* Senſus autem eſt, Quantò magis beati ſunt, qui nullam admiſe-

Ita verſio vulgaris.

runt iniquitatem violando sermonem diuinum in præcepto negante. Sed ambularunt in viis Domini, id est in præceptis affirmantibus: Aptè etiam explicari potest hic versus, vt simpliciter verba sonant. Quoniam ipsi iniquitatem non fecerunt, perinde de iis statuetur, ac si ambulauerint in viis Domini.

MANDATA *tua.*] פקודיך Illa quidem *mandata* sunt in corde; אתה, Tu mandasti (intellige) per manus Prophetarum. Istius enim verbi צוית, .i. tu mandasti, sensus est: vt & huius pronominis אתה sensus est. *Tu, ô Deus, cœpisti* אחלי id est Vtinam: sic Reg. 2. cap. *Vtinam Domine*, &c. effertur autem eadem declinatione quâ שרא. Quasi velit dicere mea voluntas, cupiditas, & petitio in eo omnino sita est, vt viæ meæ dirigantur, &c.

Id est cœpit Deus primũ dare mandata, scilicet Duo illa prima Ego sum Dominus Deus tuus, &c. Non habebis Deos alienos, &c. R R. enim dicunt illa duo duntaxat à Deo data fuisse: alia verò per Prophetas.

TVNC *non confundar*, &c.] מצותיך Ista præcepta sunt affirmantia: & ex iis nonnulla videas, quorum, cur data fuerint, nõ extat ratio: ea tamen si attentè consideratéque legas, tum sine dubio intelliges, Propterea non confundar.

CONFITEBOR *tibi cùm discam iudicia iustitiæ tuæ.*] Alia sunt enim iudicia capitis, alia pecuniæ: & illa iusta sunt.

STATVTA *tua custodiam*;] auctore R. Mose hæ particulæ vsque valdè עד מאד coniun-

gendæ sunt cum nomine חק יך, id est] stat. &c.

EX MEDERAS.

BEATI *immaculati via, qui ambulant in lege Domini.*] Ait Rex Salomon, (pax esto super eum) eius iusti, qui ambulat in perfectione, beati erunt post eum filij. Quod si propter illum beati filij, quanto magis ipse erit beatus? Nil aliud in Abraham Deus quæsiuit, nisi vt esset perfectus. Ideo dictum, Ambulauit coram me, & fuit perfectus. Sic Moses Israel dixit. *Eris perfectus cum Domino Deo tuo*. Non est autem scriptum coram Domino Deo tuo; sed cum Domino Deo tuo. si perfectus fueris sanè tu cum Domino Deo tuo eris. Quid ita? quia Deus perfectus est. Dictum enim de illo. Creatoris perfecta opera: & Israël perfectus: & lex perfecta. quemadmodum dictum, lex Domini perfecta. Ea propter à Propheta dictum, *Beati immaculati via.* Perfectæ fuerunt & benignæ generationes, quæ in deserto degebant, & sic R. Eleasar censet de iis dictum Psal. 50. versu 5. à Deo opt. maximo, *Congregate mihi benignos meos, qui pepigerunt fœdus mecum super sacrificium.* Nam viri Israëlitæ legem cùm acceperunt in

ſingulis verbis duodecim paſſuum millia meaſſe, ac per eadem veſtigia totidē remeaſſe memorantur. ob id dictum eſt, Beati perfecti via, qui ambulant in lege Domini. In perfectione enim viri Iſraëlitæ legem accepêre. Cæterùm Iſraël dixit Deus Leuit. 7. 23. *Omnem adipem bouis & agni & capræ non comedetis:* nec verò rationem cur ita iuberet Deus elocutus eſt, ſed humeris legem excepêre. Ait item & illis Deus Leuit. 19. 23. *Et cùm ingreßi fueritis in terram, & plantaueritis omnem arborem cibi, & offeretis præputium eius fructum eius* &c. nec verè reddita eius precepti ratio, ſed illud receperunt. Cæterum etſi illa præcepta in ſe receperunt, non dixerunt tamen quidnam erit præmij, cùm obſeruauerimus. idcirco dictum, *Beati perfecti via*, &c. *Vide Mederas.*

IN *quo* &c.] ait Salomon, *In omnibus viis tuis cognoſce eum.* Deum: quaſi dicat, ſi cognoueris Deum in omnibus rebus, ipſe diriget vias tuas. Sic Pſ. 16. 9. dixit Dauid, *Poſuit Dominus corā me ſemper, quoniā à dextra mea non mutabo. Et quoniam poſui Dominū coram me ſemper, propterea lætatum eſt cor meum, & exultabit gloria mea, etiam caro mea habitabit in fiducia.* Sed ait Dauid, Noui ego, quod carni meæ non dominabitur vermis; ſic iuſti quieſcunt ſine vermibus, id eſt, ab omni putredine immunes. Qui cum

viuerent assidui & vigiles fuerunt ; & quæsierunt, quo modo peruenirent ad vitam futuri seculi: propterea eod. Psal. vers. vlt. dixit Dauid, *fac me agnoscere semitam vitæ.* Et sic Deo Moses dixit. Exod. cap. 33. *Si nunc inueni gratiam in oculis tuis, fac me quæso scire vias tuas,* sic etiam Dauid dixit, Psal. 25. 5. *Fac,* &c. & Psalm. 27. 11. *Edoce me vias tuas,* &c. & sic scriptum in Proph. *Ait Dominus, Manete super vias, & videte, & interrogate in semitis seculi, vbi ipsa bona via, & ambulate in ea, & inuenietis requiem animæ vestræ.* Ierem. 6. 16. *Videte in qua via ambulauit Abraham, & in qua Nimrod: & qui ex iis profecit, & qua in via fuit Iacob, & qua in via Esau, & quis eorum profecit.*

IN *toto corde* &c.] Cor istud aperit iter iustis in hortum volupt. cor autem impiorum mittit ad gehennam, & illud est quod dixit: *Ecce serui mei manducabunt, & vos fame peribitis: serui mei bibent, & sitietis.* Esa. 65. 13. *Ecce serui mei ouabunt præ iucunditate, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ cõtritione Spiritus vlulabitis;* & sic dicebat Dauid Salomoni filio suo, Paral. 1. 28. 9. *Et tu fili mi S. agnosce Deum patris tui, & serua in corde perfecto, etenim omnia corda inquirens Dominus.*

IN *corde meo* &c.] concupiscentia non imperat legi, & qui in corde suo legem seruat, ei

non

non imperat cõcupiſcentia, & nulla ei infligitur plaga ab ipſa. Et dixit Salomon: *Ego ſapiẽtia habitaui cum aſtutia.* Et quocúmque in loco habitauit circa me prudentia, ibi prudẽtiæ non dominatur aſtutia, & ſic dixit, *Lex Dei eius in corde ipſius*, non ſupplantabitur greſſus eius: ita Moſes dicebat: *& imponetis verba mea ſuper corda veſtra & animas veſtras*. Idcirco dictum, *In corde meo abſcondi eloquia tua.*

BEATI *cuſtodientes teſtimonia eius, in toto corde quærent eum.*] Cur tandem beati qui cuſtodiunt teſtimonia eius? ſi legem ſeruas & te illa ſeruabit. ideò dixit Salomon Prou. 4. 1. *Audite filij eruditionem patris, & attendite vt ſciatis, intelligatis. Quia doctrinam bonam dedi vobis legem meam ne derelinquatis.* & verſ. 4. *Et docebat, dicebátque, Fulciat eloquia mea cor tuum cuſtodi præcepta mea,* וחיה id eſt, & viue. & verſ. 6. *Ne derelinquas eam, & cuſtodiet te, dilige eam & conſeruabit te.* & v. 13. *Tene eruditionem ne dimittas, cuſtodi eam quia ipſa eſt vita tua.* Benè ergò dictum, *Beati cuſtodientes* &c. idem autem Salomon cap. 6. 22. ait. *In ambulando te, deducet te, & in iacendo te, cuſtodiet ſuper te & cùm expergefactus fueris, ipſa alloquetur te.* ETIAM *non operati ſunt*, &c. Quid autem ſibi volunt iſta verba. *Etiam non operati ſunt iniquitatem*, &c. Quod ira nimirum non tanget eos. quid ita? quia iniquitatem non fe-

c r int,sed ambularunt in viis sancti Benedicti il iu,id est Dei. idcirco dixit, *in viis eius ambulat e unt.*

Tv *præcepisti mandata tua ad custodiendum,* &c.] Vbi Deus legem Israëli commendauit, ibi Israëlem legi commēdauit:ita illum commendauit in Pentateucho, in Prophetis, in Agiographis. Dixit enim Deus Prou. 22. 20. *Nonne scripsi tibi terna in consiliis & scientia.* Item dixit Deuter. 6. 3. *Et audies Israël, & custodies ad faciendum.* Et eodem lib. 4. 9. *Tantùm (caue) obseruare tibi & custodi animam tuam valde.* Quid verò sibi vult istud, (caue)obseruare tibi? significat, quòd Deus sic locutus est, Si custodis legem: ego animam tuam custodiam.propterea dictum, *caue tibi, seu obseruare tibi,* &c.

Omnibus diebus vitæ tuæ. (additum eodem loco.) Quid intelligit cùm ait, *omnibus diebus vitæ tuæ*?Si tu tuearis legem omnibus diebus vitæ tuæ: dignus eris, qui videas filios & filios filiorum. id est nepotes. propterea dictum est, & nota ea facies filiis tuis & nepotibus; & si videas filios, & filiorum filios pax sanè tibi, vt dictum est, *Et videas filios filiis tuis pacem super Israël.*

RABBI SALOMON IARCHI.

אף לא פעלו *Non enim qui operantur iniquitatem.* Sunt illi beati, si omnia ista in iis reperiantur.

In viis eius ambulauerunt. Iniquitatem quamuis nō fuerint operati, perfecta tamen merces illis non dabitur, nisi in viis eius ambulauerint. Sic alio loco dixit, Ps. 34. 5. *Declina à malo & fac bonum.* Quàmuis autē à malo declines, actio ista ex omniparte non est perfecta: nisi & bonum feceris. Ita habet expositio mystica.

Vtinam dirigantur: Aleph in hac voce אחלי est radicalis & nonnunquam deficit: vt Aleph n hac altera voce באחותי, id est, narratione apud Iob. 13. 17. & 2. Reg. c. 4. 2. aleph in אסך, id est vngam oleo. Item & 2. Reg. c. 5. 3. *Vtinam Dominus meus esset coram Propheta, qui est in Someron.* i. Ita Domini mei res postulát, vt sese conferat ad Prophetam, qui degit in Somerō. verbi istius אחלי in supradictis locis repetitio. idem valet, ac si diceres vernaculè, *faire vn souhait*, vt qui dicit, vtinam & Propheta & Doctor essem.

EX IALCVT.

AIT Dauid Psal. 18. 24. *Et fui perfectus cum eo, & custodiui me ab iniquitate mea.* Item scriptum Ps. 37. 37. *Custodi integrum, & vide rectum.* sic Prouerb. 10. versu 9. *Qui ambulat cum perfectione; ambulat cum fiducia.* Hic verò vir qui sic ambulat, est Abraham, de quo scriptum Genes. 17. vers. 2. *Ambula in conspectu meo, & esto perfectus.* Sic Moses dixit Deuter. 18. 13. *Perfectus eris cum Domino Deo tuo,* quid ita (*perfectus eris*) *Quia, Dei perfectum est opus.* 32. vers. 4. *Et lex eius perfecta*: vt Psal. 19. vers. 8. dicitur, *Lex Domini perfecta.* Item scriptum Prouerb. 20. 7. *Ambulantis in integritate sua iusti beati filij post eum.*

RABBI DAVID KIMCHI.

PSALMVS iste admodum est insignis, & cum Alphabeti ordine octies repetiti Dauid composuit; in singulis enim literis octo sunt versus, in vnoquoque versu legitur aut משפט, aut דרך, aut תורה, aut עדות, aut פקודים, aut מצוה, aut אמהיר, aut דבור, aut

צרק,aut חוקים. Quę certè dictiones totidem legis partes complectuntur. Imprǽsentiarum verò nomina ista explicabo; ne in singulis versibus illorum interpretationem cogar ego proponere. Vox ergo ista תורה dicitur esse præcepti dispositio, quæ doceat nimirùm quo modo sit faciendum præceptum, qualis est dispositio expiationis, & dispositio eius oblationis quæ pro peccato fiebat. דרך est pij alicuius operis directio: vt, quemadmodũ Deus est clemens, ita tu clemens esto, vt Deus est misericors sic & tu esto. Ita sentiendum in aliis piis operibus. חוקים Præcepta sunt quorũ ratio non est euidens, atque aperta. מצות sunt ea iussa quę per vocem modi Imperatiui, deriuatam à Radice צוה data fuere: Cuiusmodi est immundorum expulsio: & illa, quâ vota fiunt irrita, retractatio: & cætera id genus. משפטים iudicia sunt quę inter reum & accusatoré dantur. עדות censentur illa præcepta, quæ populo Israël sunt quædã *μνημόσυνα*, vt miraculũ quoddam à Deo factum in memoriam reuocarent. Et testimonia potentiæ Dei, misericordiæ, auxilij &c. Cuius generis sunt Sabbathum, festa, fimbria vestimenti, Thepillim, quæ cùm iuberentur per verbum aut *zecer* aut *heduth* proposita fuere. פקודים sunt ea præcepta quæ dictat ipsa mens, & in corde humano tanquam

depoſitum quoddam includuntur & occultã-tur. צדק eſt præceptorum iuſtificatio, quòd cum iuſtitia propoſita fuerunt. דבור ואמירה generale quiddam eſt cuiuſuis generis præcepta comprehendens. Atque etiã דבור & אמירה dicit de ſpe quam illi Deus dederat; vel ſic vult occultè ſignificare voluntatem ipſius Dei in creando mundo. Sic אמונה eſt firmitas verborum eius in creando mundo. Cùm autem in ſingulis verſibus vnum ex illis vſurpauit nominibus, non de eo ſolo voluit agere, ſed vnum vſurpauit, & ſub eo cætera comprehendit: nonnunquam verò in vno verſu duo vſurpauit.

Porro in hoc Pſalmo nonnulli ſunt verſus, quorum alios in aduerſis rebus pronuntiauit, cùm nimirum fugâ ſibi conſuleret, alios aliarum anguſtiarum tempore. Iſtos verò verſus cùm Pſalmum hunc componeret complexus eſt, quòd à meditatione & ſtudio legis propter eiuſmodi anguſtias reuocatus tũ fuiſſet.

Iam verò examinandum eſt, quid cauſæ eſt, cur Pſalmum hunc nec pluribus nec paucioribus, quàm octo verſibus (in ſingulis litteris) eſt complexus. In aliis namque locis, vbi meminit ſeptenarij aut denarij numeri, neutram ſummam pręcisè ſeu prędefinitè ſignificat, quemadmodum aliis in locis expoſuimus.

Nam ſeptenarius numerus ponitur propter ſeptem ſphæras, in quibus ſunt ſeptẽ ſtellæ erraticæ, ſiue planetæ, qui mundo inſeruiunt, & ſic omnes dies mundi per hebdomadas diſtribuuntur. Creatus quippe eſt mundus ſex diebus, ſeptimus autem ille eſt dies, qui Sabbathũ vocatur. Sic denarius, quoniam in eo finitur ſeu terminatur numerandi ratio. At octonarius nullibi poſitus reperitur ad tale quid ſignificandum, ſed ſimpliciter numerus eſt. Quod ſi ita eſt, cur tandem numerum hunc ſibi propoſuit? Videtur mihi Pſaltes ſic feciſſe, quod totus iſte Pſalmus agat de præceptis, ſtatutis & mandatis, & de aliis id genus.

Iſta verò præcepta &c. ope ſapientiæ & intellectus inſtituta ſunt. Viꝫ ſiue rationes quibus homo ſibi & ſcientiam & bonos mores comparat, ad illa referuntur. Et de iis dixit Salomon Pro. 9. verſ. 1. Excidit columnas ſeptem. His autem intelliguntur quinque corporis ſenſus, quibus hominum mores tribuuntur, vt expoſuit eruditus ille vir Salomon filius Gabirol.

Oculorum enim ope ſcientiæ librum homo ſpectabit: auribus audiet ex eorum, qui docent, ore; lingua narrabit, & alios edocebit; manu libros ſcribet. Neceſſe autem erat verba facere de odoratu cui tribuuntur ſcientiæ,

quoniam duobus foraminibus cerebri,in quibus imaginandi vis siue phantasia residet, nares sunt vicinæ. Sexta autem via, ipsa est narratio eorum, qui rem aliquam narrant, quæ quidem nullo sensu sciri potest, cùm tamen ex parte sui sit certa. Talis est narratio eorum qui in mundo Constantinopolim esse renunciant. nam etsi, qui audit, eò profectus non fuerit, vrbémque non viderit; tamen cùm ita habere omnes, qui in locum illum contenderunt, afferant, & nullus existat, qui repugnet, Constantinopolim esse certum erit. Ita in iis, quæ ad scientiam pertinent, interpretum expositio est necessaria. Scientiarum namque viæ (siue genera) sunt quæ per rerum creatarum experientiam demonstrantur. At illæ non omnibus notæ sunt, quanquam ex interpretum verbis audiri possunt.

Cuiusmodi est illud quod Iobo dixit Deus cap. 39. 1. *Nunquid nosti tempus quo pariunt capræ in petris, vel parturientes ceruas obseruasti.* (& alia id genus, quæ ex creatis rebus homines probarunt.

Septima verò via, est intellectus speculatio & scientia. & hæc cæteris firmior. Restat adhuc & altera via, quæ ex nullo scientiarum genere pendet, & quam mens non docet, sed videtur omnib⁹ legis Magistris & Doctoribus colum-

columna firmissima. Atque illa est Kabala, cui quidem fidé adhibere omnino debemus. Nam in animis nostris verissima & in cordibus firmissima hæc est Kabala, Mosem legem scripsisse ex ore Dei Benedicti. creatum fuisse mũdum. res præclaras à patribus gestas. miracula insignia facta, quæ patres nostri in Ægypto viderunt, & in deserto. item diuisiones maris rubri & Iordanis. item castrametationem ad radicem montis Sinai. Solis & Lunæ stationem cùm Iosuë bellum gereret: & alia miracula per Prophetarum manus descripta, quæ oculis non vidimus, sed auribus accepimus, de quibus mens nihil demonstrare potest, cùm in probationem non cadant. Eorum enim, qui renunciant quidpiam, verba vera ne sint, si quis velit, probare potest. At quod tradit Cabala, illud nequit à quoquam probari: sed ex libris (quæ res est nobis tanquam hæreditas à patribus relicta) constat verum esse. Eiusmodi autem Kabala apud nos est certa, & vt sic loquar adamãtino clauo animis nostris affixa, perinde ac si, aut oculis perlustrata, aut auribus percepta fuisset. quia & intellectus noster huic assentitur. falluntur enim nonnunquam sensus, & intellectus aliquando aberrat; cùm probatio non est euidens. At Kabalam, quæ per ætates velut pa-

rentum quædam hæreditas est tradita, nemo ex maioribus arguit. Sic ex omnibus libris, qui de ea scripti vbique terrarum fuere, ne vnum quidem reperias, qui alteri aduersetur. Propterea apud nos Kabala clara est, omni dubio caret, & ita obuia ac familiaris, vti ea quæ intellectus noster apprehendit. Propterera Dauid hunc Psalmum composuit per Alphabetum octies repetitum, qui numerus illis octo viis à nobis expositis respondet. Quibus ita explicatis, ad versus eiusdem Psal. explanandos decet nos iam gradum facere.

1. BEATI *perfecti via, qui ambulant in lege Domini.*] Quinam sunt illi perfecti via? quorum via est perfecta. Illi sunt, qui in lege Dei ambulant, id est, qui addiscunt legem; non enim erit via perfecta, nisi legem addiscant. Illud est quod dixere Rabbini in Pirke Abot, ignauus & stultus non timet peccatum. Sunt qui (sic) exponunt ambulantes in via legis Domini: Et vox ista דרך quam vsurpauit priori & posteriori hemistichio inseruit. Via enim legis Domini perfecta est, & immaculata. Alia præterea est interpretatio, vt si inuerso ordine dicas. Beati qui ambulant in lege Domini immaculati via, id est, qui discunt cùm sunt iam via perfecti. Qui aggrediuntur ea perfectionis opera quæ dictat

doctrina, qui summo iuri non insistunt, sed circumscriptos seueritatis limites excedunt.

2. BEATI &c.] qui custodiunt ea, defixis mentis oculis obseruãt. Qui intelligunt & cognoscunt ea in toto corde, non in duplici corde, quales sunt ij, qui vt auram popularem captent, aut discunt mandata, aut faciunt.

3 ETIAM *non operat* &c.] Sunt qui exponunt particulam אף ea significatione, quâ כל שכן id est, quanto magis, vel quanto minus. vt apud Iobum 4.19. אף, *Quantò magis domos luteas habitantes.* Sensus autem est, si homines custodiunt statuta, quæ sunt præcepta affirmantia: quantò magis cauebunt, ne vllum iniquum facinus admittant. quod quidem vocabulum עולה id est, iniquitas vel iniquum facinus præcepta negantia comprehendit. Imò in viis eius ambulabunt. Sunt & qui exponunt sic. Perinde erit iis, qui non sunt operati iniquitatem ac si in viis *Domini* ambulassent. id est præcepta affirmantia obseruassent. Quæ sanè interpretatio non videtur apta, vt in primum Psalmum annotauimus. Nam scriptum legitur, *Declina à malo, & fac bonum.* Non enim perfectus homo cẽsetur, nisi relicto malo ad bonum opus aggrediatur. Quod autem dixere RR. homini, qui non est lapsus nec transgressione trans-

gressus est, dabitur merces, perinde ac si bonum opus operatus fuisset, dixere tantùm de eo, cui cùm peccandi occasio oblata fuisset, abstinuit tamen, &c.

4. TV *mandasti*, &c.] Cur ea mandasti? vt homo valdè i. accuratè ea custodiat, & in ea non peccet, immò totum cor suum in iis collocet.

5. VTINAM *&c. Sit in conspectu tuo oratio mea, vt dirigantur viæ meæ ad custodienda statuta tua.*] Id est ne me res humanæ ita conturbent, vt ego non possim seruare statuta tua.

6. TVNC *non confundar* &c.] Eum, qui non custodit mandata decet erubescere tum, cùm scriptis tradita mandata intelliget. Nam si fur fuerit, & ex scripto præceptum istud, *Non furaberis*, animaduertat, haud dubiè pudore suffundetur.

7. CONFITEBOR *tibi* &c.] Iustitiæ enim tuæ iudicia me ad confitendum tibi cum rectitudine cordis docebunt. Discam namque & intelligam illa omnia esse iudicia iustitiæ tuæ.

8. STATVTA *tua custod.* &c.] עד מאד Id est vsque valdè, iunge cum verbo אשמור id est, custodiam; vt antea dictum לשמור מאד id est, vt custodiam valde. Quasi velit dicere. ita voluntati atque animo sedet, vt in toto corde & totis viribus statuta tua custodiam. Sic tu ne me derelinquas, sed auxiliare vt ea obser-

uem. Piæ memoriæ Pater meus sic explicauit: Statuta tua seruabo; tu verò ne me deseras, donec ad ea diligenter custodienda perueniã.

Rabbi Kiiun Ierosolymitanus.

EXCELLENS admodum est iste Psalmus quantitate (seu versuum numero) magnus, & qualitate (seu sensu rerum) sublimis à Psalte Regio in eum finem conscriptus: vt Dei Opt. & Max. opem flagitaret; quâ non tantùm in scientiis diuinis & ciuilibus, quæ perfectæ legis nostræ auxilio comparantur; sed etiam in iis, quæ speciem boni in hac vita præ se ferunt: & in iis, quæ postea in futuro sæculo vera esse bona agnoscentur, ingentes faceret progressus. Huiusce autem Psalmi ea est dignitas, vt ordine Alphabetico auctor illum scripserit: & octo versus vnicuique elemento tribuerit. Quem sanè numerum vsurpauit, quòd Circuncisionis octiduo respondeat, cuius quidem amore ita ducebatur; vt in isto Psalmo illam complexus fuerit, cùm dixit: Gaudeo ego super eloquio tuo; &c.

Piæ memoriæ Sapientes nostri annotarunt verba ista fuisse à Psalte regio pronuntiata de

Circuncisionis præcepto, quæ corpori semper adhæret, nec vnquam ab eo separatur. Narrant prætereà, quòd cùm balneas idem Dauid semel ingressus fuisset, & se Thephilim ac Tsisit, id est, sacris membranis & fimbriis nudum vidisset, & dolore seu ęgritudine quadá animi angeretur, inspecta fortè tũ Circũcisionis notâ recreatus, in hæc verba erupit. Gaudeo ego super eloquio tuo. Circuncisionem verò nomine אמירה intellexisse argumento est, quod cùm Deus eius præceptum dedit Abrahamo, vsus est hac voce. Ita enim legitur Genes. 17. ויאמר אלהים אל אברהם & dixit Deus ad Abraham. Atque vnicum illud est præceptum; Quod Abrahamo mandauit Deus. Nonnulli sunt, qui tradunt Dauidem respexisse ad illũ versuum numerum, qui legis versus complectitur, quemadmodum exponitur in prima parte Nuptiarum, vbi scriptum est, * legẽ constare versuum millibus octo, octingentis, octoginta & octo. Quanquam autem Esdras ille (qui Scriba dictus est) versus distinxit, distincti fortasse ab initio fuerant, sed cùm eos Iudæi obliti fuissent, ille restituit, & stabiliuit. Ita R R. tradiderunt in libro, qui inscribitur במאה בנכות ובמרצפך .i. in Centũ Bened. &c. Aut numerum hũc vsurpauit Psaltes Regius respondentem (septem) diebus Ta-

Hæc vt intelligas lege Zoar.

bernaculorum, cum octauo die Interdicti siue prohibitæ operæ, atque ij sunt festi dies siue lætitiæ. Quisquis autem hunc Psalmum legit, in eo legendo lætabitur, & exultabit. Fortasse etiam Dauid in istis festis diebus hunc Psalmum composuit. Nec verò absurdum fuerit si quis dicat hoc numero Prophetam signasse octo illas facultates, per quas decet hominem rebus diuinis vacare seu inseruire. Eiuscemodi verò facultates sunt; Primò quinque illi corporis sensus. Deinde φαντασία, item vis memoriæ, & intellectus. Cæterùm auctor Massoræ scribit nullum esse in hoc Psal. Versum, in quo non fiat mentio viæ, &c. hoc vno excepto, *Dirige seruum tuum in bonum, ne opprimant me superbi*. Nec desunt, qui in eo numero comprehendunt dictionem istam טוב; & sic versus iste, *Dirige seruũ tuum*, &c. cum aliis includetur. Antequam autem Psalmum hunc exponam, ista vocabula interpretanda esse statui, ne illa in singulis versibus necessum habeam explicare.

Dicam igitur תורה Generale legis nomen esse ad significandum duas illas partes, quarum prima est, narratio quędam siue historia, in qua nullum datur pręceptum; secunda verò est quę præcepta complectitur. Istæ duæ partes homini ad animam omnibus

virtutum numeris instruendam sunt recti indices; nam etiam ex parte historiæ, & ver doctrinam,& bonos mores ille sibi comparabit.

מצוה Pars ista de eiusmodi præceptis intelligenda est, quæ per verbum istud צוה traduntur tantum.

עדות species est præcepti illius, quod (*homini*) est testimoniũ,& τὸ μνημόσυνον perfectę Veritatis: aut alicuius beneficij à Deo Opt. Max. collati. Cuius generis est Sabathi præceptum. Nam testimonium quoddam est, & monimẽtum creationis huiusce mundi. Tale est festum azymorum, migrationis ex Ægyptiorum terris nota & recordatio: sic tabernacula, nubium honoris; sic Hebdomades signa sunt, & argumenta latæ legis,&c.

פקודים est ea pręceptorum species, quæ testantur,& prædicant Deum esse & vnũ, neque cõstare corpore. nullum autem opus circa ea præcepta versatur. De quibus dictũ. *Tu mandasti mãdata tua custodiri nimis*. Tantâ enim sunt pręstantiâ, vt Deus illa iusserit diligentiùs accuratiúsve seruari, quàm quæ in actionibus versantur.

חוקים, species est pręceptorum quorum ratio in actione consistit,& quibus intellectus videtur non planè assentiri, quale est mandatum vaccæ rufæ, item vestis ex lana & lino con-

no contextæ, & alia id genus.

משפטים species eorum est mandatorum, quorum euidens est ratio: ita vt intellectus iis facilè acquiescat. Eius generis sunt ista: Non furaberis; non mœchaberis; non occides. Dicitur etiam de damnationis pœna, quæ ex eo proficiscitur, vt patet ex hoc versu *Cùm faciet de persequentibus me iudicium*: item & ex isto, *A iudiciis tuis timui.*

צדק est præceptum illud quod (*deriuatur*) ex parte misericordiæ & beneficentiæ. Quale est præceptum Remissionis: sic & Restitutio rei amissæ, sic Redemptio, sic Oneratio, & cætera id genus: dicitur etiam de Eleemosynâ, & de Beneficentia à Deo profecta, vt habetur hoc versu. *Iustitia tua iustitia in æternum, & lex tua veritas.*

אמירה׳ ודברים ista duo nomina synonyma sunt siue vniuoca: & loco huiusce vocis מצוה id est præcepti, ponuntur. Nonnunquam etiam pro re promissa collocantur, vt dicitur vers. 40. & 50. *Memor esto* VERBI *seruo tuo, in quo expectare me fecisti. Hæc cõsolatio mea in afflictione mea, quia* ELOQVIVM TVVM *viuificauit me.*

אמונה dicitur etiam de Dei fidelitate, & de aliis eius Attributis, & de præceptis, & de obedientia Deo in perfectione præstanda: vt

habetur versu, *Viam veritatis elegi, &c.* Dicitur etiam de rectitudine operum Dei, deque eorum veritate: quorum duo sunt genera; Alia quę singulari quadam prouidentia fiunt, & de iis versus est intelligendus. *In veritate respondisti mihi.* Alia; quæ naturali rerum concursu geruntur, & de iis dixit. *De generatione in generationem veritas tua, fundasti terram & permanet.*

דרך dicitur de re, quæ impellit & incitat hominem ad quidpiam obtinendum, siue illud sit honestum; De quo intelligendi sunt isti versus 32. *Viam mandatorum tuorum cucurri cùm dilatasti cor meum.* 33. *Viam statutorum tuorum.* 30. *Viam veritatis elegi*: siue turpe; De quo hic versus 29. eiusdem Psal. Viam mendacij amoue à me.

חסד והטוב misericordiam & bonum interpretare, cùm Deus beneficia confert in eum, quem constat non esse dignum qui eiusmodi beneficia capiat: aut cui Deus plura quàm par est, largiatur.

יראה id est timor, duobus modis intelligitur: alter enim timor est pœnæ, alter timor Maiestatis; qualis est illius, qui vbi Regem inspexit illum reformidat, non propter suppliciorum metum, sed propter eam, quam videt in isto principe relucere & Maiestatem, & ex-

cellentiam, & magnitudinem.

טוב duobus modis exponitur (ſiue bifariam vſurpatur.) Aliud enim eſt bonum apparens, ſeu ſpeciem boni præ ſe ferens: & illud bonum corporis cenſetur. Aliud autem verum: & illud eſt animi (ſiue mentis) bonum.

BEATI *perfecti*, &c.] Ait hoc loco Pſaltes Regius beatos eſſe eos homines, qui viâ ſunt perfecti, id eſt, qui ambulant in via, per quam perueniunt ad perfectionem (ſeu virtutem:) In ea autem non incedunt, quæ ad vitium ducit, & defectum ſeu perditionem. Hæc verò dictio דרך, id eſt via, ad ſe aliam attrahit, & cum ea coniungitur, vt ſenſus ſit. *Beati qui ambulant in lege via Domini quam Deus ipſe elegit.* Via enim per quam ad perfectionem peruenitur, illa eſt ſemita per quam leges diuinas ſibi quiſpiam comparabit; non autem eas leges, quæ Iuris ſiue recti ſpeciem præ ſe ferunt: non ſcientias externas in quibus ineſt falſitas, quæ latere neminem poteſt. Aut dicitur eadem dictio דרך de præceptis, quæ in opere verſantur. Per iſta autem vocabula תורת ה innuere vult Dauid oportere hominem in addiſcenda lege eiuſque ſcientiâ plurimum elaborare. Quaſi ſic dicat, Beati viri, qui huic ordini aſſueſcunt, vt primùm ſint perfecti viâ, deinde ambulent in lege Domini. Quo

modo explicatur hic verſ. Pſal.111. *Initio ſapientia*, deinde timor Domini quęratur, & ſic illũ expoſuimus. Conſentit autem hæc expoſitio cum ea RR. ſententia in Pirke Abot, Tract. 3. רבי חנינא בן דוסא אומר כל שיראת חטאו קודמת לחכמתו׃ חכמתו מתקיימת׃ וכל שחכמתו קודמת ליראת חטאו׃ אין חכמתו מתקיימת׃ Auctore Rabbi Anania, qui fuit filius Doſæ: Cuiuſcunque timor peccandi ſcientiá præcedit, eius ſcientia firma eſt, & ſtabilis. Contrà cuiuſcunque ſcientia peccandi timorem præcedit, eius ſcientia inſtabilis eſt.

Dixit etiam Salomon, Prouerb. 8. 33. *Audite eruditionem, & ſapientes eſtote; & ne poſtponatis eam.* Primo vſurpat מוסר, id eſt, eruditionem, poſt ſubiicit חכמו, id eſt, & ſapientes eſtote, cùm autē ait ואל תפרעו id eſt, ne poſtponatis eam, vult monere hunc ordinem non eſſe inuertendum.

2. BEATI *qui cuſtodiunt teſtimonia eius*, &c.] Poſtquam in genere dixit Pſaltes Regius, *Beati qui ambulant in lege Domini:* In ſpecie nunc ait. *Beati qui cuſtodiunt*, qui cuſtodiunt (inquam) diligenter & accuratè *teſtimonia eius*. Sunt enim hæc teſtimonia quædam notæ & argumenta earum rerum, quæ verè creduntur: item & operum, quæ hominem in admirationem rapiunt, quemadmodum iam expoſui. Nam in

testimoniis illis obseruandis, & in meditandis Dei Opt. Max. operibus (quæ est ea præceptorum pars, quæ testimonij nomine continetur) homines agnoscent eius excellentiam, eumque perpetuò quærent: vt eius attributa addiscant;eum etiam quærent in toto corde suo cum angustiis prementur. Quo modo dictum est Deuter. cap. 4. 29. *Cùm quæsieris eum in toto corde tuo, & in tota anima tua.* Paraphrasis Chaldaïca in priorem interpretationem inclinat.

3. ETIAM *non operati sunt iniquitatem*, &c.] Quoniam dixit fœlices eos esse, qui testimonia custodiunt: quæ ad affirmantium mandatorum Classem reuocantur: nunc asserit eos, qui iniquum nihil perpetrarunt, quique diligenter cauent, ne peccent: quamuis *quiescant, & ab omni bono opere cessent*, appellatum iri ambulantes in viis Domini. Ea quippe, quæ præcepit Deus, defendunt & tuentur. Nam ex duabus rebus, mali nimirum ex fuga, & ex bono opere, hominis perfectio dependet. Id sic intelligunt RR. eos qui quiescunt, & ambulant, &c. cùm peccandi occasio occurrit, & ab ea declinant homines. Nam ex duabus rebus, mali nimirum ex fuga, & ex bono opere hominis perfectio dependet. Ego verò in ea sum hæresi; vt si homo peccare, si mãda-

tum transgredi reformidet, eò quod prohibuit Deus, ob id mercede existimem esse donandum. In ea autem sententia proponenda hoc isti innuere voluerunt RR. ei homini, cui cùm delinquẽdi causa (siue occasio) oblata esset, ab improbo tamen facinore abstinuit, parandam esse amplam mercedem; perinde ac si præclarè sese gessisset; & id dictat sensus communis. Nam, cùm quod iussit Deus, tueatur: dignus sanè videtur, qui mercedem accipiat. Apta etiam erit, & ista explicatio. Cùm enim antè dixerit Dauid, *Beati qui custodiunt testimonia eius*, iã addendo nõnihil ad eam hominum felicitatem ait, quòd & illos aliud bonum sequetur; nimirum, quòd etiam iniquitatem non operabuntur, id est, non dabitur eis vlla peccandi occasio. Iuxta illud. *Non accidet iusto omnis iniquitas. Sed in viis eius semper ambulabunt.* Aut hæc est mens Prophetæ, cùm in viis Domini ambulauerint, non accidet eis vlla iniquitas. Sunt autem, qui sic exponunt. Quoniam, iniquiunt, iam dixit Dauid, *Beati qui custodiunt testimonia eius*. In hocce versu, *Non etiam operati*, &c. subiungendo, ait. Sane illi sunt omni ex parte beati, qui obediunt affirmantibus pręceptis. Vera enim hominum perfectio in eo tantùm non consistit, vt sint ab omni iniquitate vacui & immu-

nes; quamuis enim nullum peccatum fecerint, perfecti tamen ideo non sunt censendi, donec vias Domini ingressi emensique fuerint, qua ex re boni operatio pendet.

T V *mandasti mandata tua custodiri nimis.*] Quoniam ista mandata (quæ פקודים vocatur) versantur in meditatione; & ea magnam partem agunt de Deo, déque eius attributis; ita vt, vel minimus error, qui in illis obrepat, magnus habeatur. talis est enim error: qualis est ille, in quem committitur: propterea egent magna cautione, magnáque considera-tione.

V T I N A M *dirigantur viæ* &c.] hæc dictio אחלי idē significat ac istæ sunt preces meæ; vt & hoc loco; *Vtinam domine mi.* Ait Dauid. Eò tendunt preces, quas effundo ante te, vt dirigantur viæ meæ, & obseruem statuta tua, licet ab his dissentiat intellectus. Rerum enim cognitio, causa illa est, quæ impedimento esse videtur, ne illa homo percipiat. Accedit & aliud impedimentum ne illa percipiat, seu assequatur homo: etsi enim datum est ei liberum arbitrium, tamen in eius potestate non sunt impedimētorum causæ. Cùm autem direxeris vias meas (ait D.) vt istorum statutorum sim custos, quanto magis eorum præceptorum, quorum ratio est manifesta, obser-

uator ero & cultor. Itaque, cùm ego legis librum euoluam; cùm & in eo tradita præcepta legam, *Nullo pudore tum afficiar*, quia illa obseruare non neglexi.

7. CONFITEBOR *tibi in rectitudine* &c.] *cùm ego didicero iudicia iustitiæ tuæ*; Iudicia, inquam, iusta & æqua à te in lege præscripta, siue illa de re ciuili siue de capite agant, tum confitebor tibi in directione cordis. Tum enim intelligam, comprehendámque; quanta dignitate antistent aliorum Magistratuum legislatorúmue iudiciis ac decretis: in quibus multa desunt, multa desiderantur, vt agnoscunt omnes. Possimus etiam sic exponere, *Confitebor tibi in directio ne cordis in eo quod didici iudicia* צדקך*, iustitiæ tuæ.* i. רחמונותיך *misericordiarum tuarum.* Sensus verò est, cùm ego ex Rabbinorum seu Doctorum ore addiscam cuiusmodi sunt iudicia illa, quæ tu in præuaricatores exerces, ex ipsis intelligam hominem rei capitalis reum vltimo supplicio non antè dánari, quàm affirmauerint testes se illum, ne faceret, præmonuisse: & ea, quæ in examinando facinore dicturi erant testimonia, inter se conspirarent; de die, de loco, vbi admissum crimen, & de aliis circunstantiis consenserint. Quo in iudicij genere mirandum in modum relucet diuina misericordia. Aut mẽs

Dauidis

Dauidis eſt *Confitebor* &c. *cùm didicero iudicia*, &c. id eſt, cùm didicero te cum hominibus ſummo iure non agere; & eos ſecundum delicta non punire; vt dicitur Pſal. 103. v. 10. *Non ſecundum iniquitates noſtras fecit nobis.* Apud Eſdram cap. 9. verſ. 13. Quia tu Deus noſter prohibuiſti, ne tanta eſſet pœna, quanta peruerſitas noſtra. Hic locus ita intelligendus. Vide R. Sal. Iarchi.

8. STATVTA *tua cuſtodiam* &c.] Videtur Dauid velle dicere. Ego ſtatuta tua cuſtodiam; quamuis videantur τὰ παράδοξα & valdè admirabilia. Non me etiam vſquequáque derelinques, id eſt; quamuis leuioris cuiuſdam delicti cauſa me deſeras; in illa tamen deſertione non vſquequaque perſeuerabis. Sunt porro, qui huiuſce loci eam eſſe ſententiam aſſeuerant. *Ego vſquequaque* ſtatuta tua cuſtodiam, propterea vſquequaque non me deſeres, ea nimirum deſertione; quæ me impediat, ne poſſim illa ſeruare.

FINIS.



חכני ראה צהרה׳ תבין דבר נורא׃
ביאור שלש עשרה׳ הן הם מבוא תורה׃
הוא יגלה סתרה׳ סתום וכל יקרה׃
בסה אנוש נטרה׳ חכמה בלב אגרה׃

שלש עשרה מדות׳ לבאר כל תעלומות׃
ולפתוח הדלתות׳ להשיג אוצרות׃
ולא ישלוט ידות׳ וגם כח הזרועות׃
לגן שש מביאות׳ לטובות נצחיות׃
וקח מפי תודות׳ ותרא נפלאות׃
עדי עד השמחות׳ לך יהיו נחלות׃



פתח פומך ותני כי היכי דתוריך היי׃

הקורא ישמח׃
גם הטוב יצמח׃
אף הרע ימח׃

נדרוש נדרשתי מאנשים חכמים׳ אנשי היחס והמעלה שרים וסריסים טהורים׳ זריזים ושוקדים על ספריהם׳ שבליהם ועיניהם כשמש וכירח מאירים׳ ורגליהם קלות כאילות׳ מאריות גברו׳ גבהו מנשרים׳ לעורת יעף דבר׳ דברי אלהים חיים זכים וברים׳ ללמוד לשמור ולעשות אצים ורצים׳ פיהם נוטפות נטף וחלבנה קושט וקינמון׳ וכל אבקת רוכל רוכלים ומקטרים עולה למי שאמר והיה׳ ושפך דמו כמים שפיכה׳ סביבות ירושלים לפדותה׳ ולגואלינו מחוצא בישא׳ שבלתו לא היתה תקומה׃ הן הם׳ שבקשו ממני להקל המשא׳ למצוא דרך ישכון אור להסיר מעליהם המסוה׳ הקושי שהרבנים כתבו ספריהם׳ ובזה אזכה את הרבים׳ להוציא מים מצור סרבים׳ לכבות אש התשוקה התקועה קבועה בלב נדיבים׳

Aperi os tuum & doce,
Quò diu perſeueres incolumis.

Qui leget hæc lætabitur,
Etiam vir bonus florebit,
Malus verò exterminabitur.

SINGVLARI ſtudio à me contenderunt viri quidam ſapientes, & intelligentia præditi, viri quos familiæ nobilitas commendat, quique magiſtratus gerunt, Principes, & illuſtri loco poſiti, iique probi, & ſtudioſi, atque aſſiduè libris dediti, quorum intellectus atque oculi inſtar Solis & Lunæ lucent: quorum pedes leues ſunt inſtar ceruarum: qui leonibus fortiores ſunt, & aquilis altiores vt dicant in tempore ſuo laſſo verbum, verba, inquam, Dei viuentis pura ac munda: Os eorum ſtillat reſinam, galbanum, & cynnamomum: omnéque id genus puluerem aromatarij circumferunt, [a] & adolent in holocauſtum [b] *ei qui dixit, & fuit*, effuditque ſanguinem ſuum inſtar aquarum in circuitu Ieruſalem vt eam redimeret, nóſque ſeruaret à beſtia mala: ſine quo nulla fuiſſet ſpes ſalutis. Ecce iſti ſunt qui petierunt à me vt onus alleuarem, & perſpicuam, atque expeditam aliquam viam excogitarem, quæ velum, ac tenebras excuteret, ac difficultates quæ paſſim Rabbinos legentibus obuiæ ſunt, ſolueret: petierunt, inquam, vt de multis conarer benè mereri educendo [c] aquas de rupe rebellium, extinguendo ignem, atque ardorem deſiderij fixi, ac infixi in animo magnatum (*qui à me vt hoc opus aggrederer poſtularunt*,)

a Periphraſis Chriſtianorum.
b Periphraſis Chriſti Domini.
c I. vtilitatem è Rabbinorum commentariis.

לגלות רזין סתימין׳ להרים מכשול מעיני המעיינים׳
החוקרים בפירושי וספרי חכמי ישראל׳ למען יודע
אופן מנהגם בביאורם׳ התורה מצותיה והנהגותיה׳
שעד עתה׳ לא יכלו קום ושאת וילאו למצאת
פתחם׳ להשכיל כונתם וכברתם׳ על התורה
סתריה ציוריה׳ וצוף אמריה׳ עד היותה כזרה
לזרא׳ עזובה עזובה׳ אין קורא ספריהם
בצדק ושופט באמונה׳ ולפעמים הפכו ללענה
דבשה׳ וחפרה ובושה׳ ולמדינים נשתוה׳ ותהי להם
חזות הכל סתומות ותהומות ומלחמות מלחים׳
ואספה נגהה׳ ועלטה היה כיומא דעיבא׳ יען
מליהם קצרים׳ ומחסורי מחסרא׳ פעם רומזים
רמזים׳ ופעם ממשלים משליהם׳ וכנוי כנוייהם׳
נשתבכים בסבך בחילופי חלופים׳ שונים משתנים׳
ובמלה כוללים ספר ספר ספור׳ עד שכל רואיהם
דנים וצועקים׳ ראו זה משונע הסר משוגעים נוהג
בשגעונים׳ להיות אופניהם ודתיהם שונות והפוכות
מכל עם ועם׳ כל כך שקצור קצרה עלית קיר
קטנה ככף איש׳ להכיל ולבא עד תכלית כוונתם׳
הרחק כמטחוי קשת לאלפי רבבה: הוא הדבר
שנערתי חצני׳ והתחזקתי לרוץ אחרי מצותיהם

reuelando

reuelando secreta abscondita, remouendo offendiculum ab oculis eorum qui student, atque operam suam collocant in commentariis & libris sapientum Israël: vt nimirum modus ac ratio teneatur, quam illi in suis commentariis sequuntur, sicque lex eiúsque præcepta atque statuta manifesta fiant: cùm hactenus minimè potuerint non dico mentem illorum assequi, sed ne quidem illos à limine salutare. Non potuerint, inquam, satis intelligere quid sibi vellent, aut sentirent de lege, eius secretis iisque quæ ad illam pertinerent, itaut hucúsque fuerit tanquam hospes & aliena in fastidium, deserta, ac derelicta, nec fuerit vsquam repertus qui Rabbinorum libros [a] legerit in iustitia, déque iis verè iudicauerit. Imò reperias quamplurimos qui mel legis in absynthium conuertant, vt iam eam veluti pudore atque ignominia suffusam cernere liceat, nec Madianitis absimilem, fitque illis veluti visio omni ex parte obscura, & tanquam litteræ obsignatæ, atque instar belli naualis (*eis metum incutiat,*) deficiátque splendor eius, ac tenebræ vndique cernantur, non secus atque die aliquo obscuro ac nubilo, propter locutiones eorum nimium breues, & in quibus multa supplenda sint. Interdum quoque magna & illustria quædam mysteria subobscurè significant. Interdum videas eos parabolis atque ænigmatibus gloriosiùs superbire, neque verò semper planè loqui, sed dissimulare quædam, obscuros admodum propter styli ac rei multiplicem varietatem, interdum vna eadémque voce multa complectentes: Adeo vt qui eos vident statim iudicent, ac clament, videte quæso hunc, Profectò stultus est stultos alliciens, nec nisi in stultitiis versatus: cùm sint nimirum eorum mores ac statuta ab aliis nationibus longè diuersissima. Quæ cùm ita sint, [b] mens certè hominis minor est quàm vt possit eorum mentem penitus assequi. Mihi crede ab eorum instituto quàm longissimè abest. Hæc causa est cur lacertum meum excusserim, animum confirmauerim, & accinxerim me vt currerem post præcepta eorum

a *I. intellexerit.*

b *Ad verb. cænaculum parietis paruum instar vola viri: hac periphrasi cerebrum Hebræi significant.*

בחזותי חשקם לכבוד ה׳ בנויה וכוננה׳ בלי סיג
וצנינה׳ נתתי את לבי לבנות לה חיל וחומה׳ ומקוה
בין החומותים׳ לשים בריח ודלתים׳ לבצר מעוזה׳
להאירה להשאירה ברה וטהורה׳ להבינה בנקלה
ולשימה לצבי ולכבוד לצפירת תפארה׳ כדי שדורכי
במשעולי החכמה׳ לצבא צבא׳ לכל עבודת הקדש
יאכל פירותיה׳ ימצו ישתו ויתענגו מזיו שריה׳ מחלבה
ומשמנה׳ לאכול מפתה ולשכב בחיקה׳ כי הוא
התכלית שהאלהים נתנה ובצל ידו החביאה׳ ועל
לוחות האבן שלמה וצדק כתבה וברשות הרבים
נתנה׳ להיות לכל שורה׳ נפקרת לכל מאן דצריך
ייתי ויפסח׳ לא כאשר אומרים הישראלים׳ שהישרה
יעקשו העברים העורים המטים עקלקלותם׳
היהודים האומללים ונלוזים במעגלותם עתידין
עורר לויתן שואפי רוח בלהן וזעון ועפרה ואפר
כנוח עליהם רוח בער ותבערה׳ כבעיט זיקא דשמיא
וקצף דברה׳ גזרו נזרה׳ שלהם לבדם נתנה ארץ
החיים׳ ועינים להם ואינם רואים׳ היא הסברה׳
שכסו וסתרו דבריה ושלא נוצרה׳ ורבה העוברה׳
ותהי להם לחרפה ולבזיון׳ על עשותם זאת הנבלה׳
ושלחו לאפס הזמורה׳ לזה הואלתי לשים המעקשים

præsertim cùm viderem voluntatem eorum spectare Dei gloriam, omninóque esse rectam, & rationi conformem. Idcirco applicui animum meum vt exædificarē legi præmunitionem ac murum, & lacum inter duos muros: vt, inquam, apponerem vectem, ac portas, munirémque arcem eius: vt lucere eam facerem, efficerémque puram, atque mundam: vt eam perspicuè edocerem, eiúsque honori ac decori seruirem, quò ij qui ambulant in semitis sapientiæ ad obeundum ministerium in omne opus sanctum comedant de fructu eius, exugant, bibant, & decore vberum, necnon lacte & pinguedine eius delectentur, manducent de frusto eius, cubent denique in sinu eius. Propter hoc enim Deus illam dedit, & in vmbra manus suæ abscondit, in tabulis lapidis perfecti, & iusti descripsit, [a] palam atque in loco publico eam tradidit, vt omnium ex æquo esset, communis omnibus qui ea opus haberent vt salutem suam operarentur, non quemadmodū dicunt Israëlitæ qui semper rectum peruertunt, Hebræi, inquam, qui veluti ebrij cæcutiūt, & declināt post prauitates suas; Iudæos dico imbecilles, prauis perditísque moribus, paratos suscitare Leuiathan, quippe qui hauriant spiritus [b] nescio quos impuros, atque immundos, sibíq; solis persuadeant terram hanc esse concessam; oculi illis sunt, nec tamen vident. Hæc est ratio propter quam in explicanda lege obscurè loquantur, nec ideo illa facilè propagari queat. Ac certè illis probro ac vitio vertitur, quòd tam stultè sese gerant, [c] sibiq; ipsis ignominiam ea ratione accersant. Quamobrem statui ponere obliqua in rectum, & viam Deo iuuante munire: atque exordiar ab iis quæ faciliora ac magis necessaria videbuntur, vt aliquandò ad difficiliora me accingam. Hoc ergò tempore in primis perficiam si potero vt clarè & perspicuè enarrem tredecim locos quibus lex potest explicari, qui quidem tibi ad adyta ac penetralia legis aditum patefaciant. Sunt enim veluti claues quædā, & generalia præcepta perutilia & necessaria [d] iis qui accedunt ad tabernaculum Domini, & palatia deliciarū studiosè visitant: perutilia, inquam, & necessaria vt illi verum sensum assequi, & ea loca scripturæ inter se conciliare valeant quæ sibi inui-

[a] *Nimirum in deserto.*

[b] *Paulò aliter ad verb.*

[c] *Ad verb. mittunt ad nasum suum fœtorem.*

[d] *Periph. eorum qui sacris litteris student.*

למישור לסקל המסילה׃ כאשר חנני אלהים׃
ואתחיל מן הקל והיותר הכרחי׃ לבא אל החמור׃
ואסדר לעה עהה בראשונה׃ בלשון צח ומצוחצח׃
הֲשלש עשרה מדות שההורה נדרשת בהן׃ היותם
מבוא ופתח ליכנס לפני לפנים חדר מחדר׃ הן הם
המפתחות וכללים מועילים והכרחיים לכל הקרב
אל משכן יהוה ולבקר בהיכלי עונג׃ לעזר ולהועיל׃
להורות לפניהם דרך האמת׃ וישימו שלום בין
המקראות שנראים כסותרים ומכחישים זה את זה
ויגיעו עד תכונתם ואמתתם׃ ויביאום אל נוה שלום׃
לחבר את האוהל להיות אחד׃ ולא יהיה הקפת
ידיעתם נמנעת׃ בחק הנדיבים אוהבי נדבה׃
ויבחנו האמת מן השקר׃ והצודק מהבלתי צודק׃
גם אשלח קצה המטה אשר בידי בדבש׃ להעיר
אוזן הקוראים ולהלהב לבם עז כנמר וקל כצבי׃
לאחוז התועלות הנמשכות מלשון הקדש ובספרי
חכמי ישראל הקדמונים שרוח ה׳ נוססה בם מקרי
פלאות חכמה משיחנו ושרעתם נטה אל האמת׃
כאשר עין בעין תראו׃ ולהיות האדם קרוב אצל
עצמו׳ אינו רואה טרפה וחובה לו׳ גם להרחיק
מעלי עקשות פה ולזות שפתים׳ נמלכתי ונתיעצתי

cem

cem videntur repugnare, dignoſcántque ac diſcernant verum à falſo, atque legitimum ab illegitimo. Verùm cùm iſtæ fuerint rationes cur ad ſcribendum me applicarem, iſtam viam ſemel ingreſſus vix mihi temperare potui, ſed quò pleniore obſequio ſtudium tuum demererer, putaui ſeligenda eſſe mihi præcipua quædam capita è veterum Rabbinorum libris ex quibus quid illi de Meſſia, Trinitate, cultu & ſanctorum inuocatione ſenſerint, coniecturam facere liceret. Quod vt lubentiùs aggrederer fecit auctoritas V. C. Domini DE MVIS Hebræarum litterarum Profeſſoris Regij, cui cùm iſtorum capitum, ſeu locorum bonam partem in ipſiſmet fontibus indicarem eiúſque rogarem ſententiam, ille me multis verbis adhortari, ſuámque operam vltrò polliceri, adhortari, inquam, vt de iis in hunc libellum tranſcribendis cogitarem, neque committerem vt hac in parte tibi viderer defuiſſe. Sed quoniam longum illud opus futurum eſt, & prolixum, interim dum quæ huc & illuc diſperſa colligimus, in iuſtum volumen quod publicæ vtilitati deſtinamus, excreuerint, vnum duntaxat, aut alterum caput ad calcem huiuſce præfationis appingam, cætera, Deo iuuante, propediem daturus. Iſta autem qualiacumque ſunt aut erunt, auſim præſtare neque Galatinum neque Reuchlinum aliόſque qui hactenus in ea re inſudarunt, attigiſſe. Quod à me dictum nolim exiſtimes, vt huic opuſculo quod ſi quam habet dignitatem, à ſuis authoribus totam, à me nullam habet, gratiam aut fauorem apud te conciliem, ſed vt intelligas adhuc ex Rabbinorum ſtercore aurum colligi poſſe, atque in eorũ libris multa delitеſcere quæ maximam fidei Chriſtianæ lucem afferre poſſent.

Hæc non in Hebræo, ſed addita, ne pars hæc relinqueretur vacua.

עם השלם מאור הגדול בקי מכל אשר לפניו: הוא בוצינרת טהרה שמעון דומיה המלמד לשון הקודש בפריש במצורת המלך יר"ה ואחרי סברתו נטרה דעתי להוציא מן הכח אל הפועל אלה הדברים הכתובים למטה: ואחרי כן אפרש העשרה שאלות הכתובות בשולי הגייר:

שאלה ראשונה על העולם איך יש לו מנהיג:

ב באיזה הכרח יוכרח שיש ספירות כי יש לומר שאין שם כי אם אין סוף בלבד:

ג שאם יוכרח כי יש ספירות במה יוכרח שהם עשרה ושהוא כח אחד:

ד מנין שהספירות נאצלות ולא נבראות כשאר הנבראים:

ה היאך נוכל לומר כי הוא אחד והמספר עשרה המתאחדים בו כי בזה נשמור אמונת לבנו ולא מאמר פינו:

ו אחר שיבורר בלי ספק כי יש עשר ספירות וגם שהם נאצלות ולא נבראות המספר כח אחד אשאל למה נתן להם גבול ושעור וגשמות:

ז הספירות האלה אימתי היו אם תשיבני עתה מקרוב לבריאת העולם אם כן יש להקשות:

Neque verò de hoc negotio tantùm cogito, sed etiam, quoniam linguæ Hebrææ studium conor omni modo promouere, de soluendis atque explicandis decem his quæstionibus.

Prima est de mundo: verum sit qui ipsum regat?

Secunda, quare necesse est admittamus in Deo multa nomina, cùm hoc vnum *infinitum* sufficere debeat.

Tertia, si necesse est admittamus ista nomina, quare decem, cùm vna sit potentia?.

Quarta, quare ista nomina emanare dicuntur, non verò creata esse instar rerum creatarum?.

Quinta, quomodò possumus dicere Deum esse vnum cùm in eo decem simul sint, hoc enim est aliud animo sentire, aliud verò ore proferre?

Sexta, postquam clarè explicatum est decem esse nomina, atque etiam emanare illa, non autem creari, quæro quare illis attribuatur terminus, circumscriptio siue mensura, & corporeitas?.

Septima, illa nomina à quo tempore sunt? Si respondeas fermè à creatione mundi, hinc dubitatio exoriri poterit, cur emanatio illorum nunc sit, non autem ab illo tempore? Præterea quomodò apud Deum qui perfectus

כדוע אצילותם עתה ולא מאז וכי יש חדוש דעת אצל השלם׳ ואם תשיבני שהם קדומות בהקדמתו׳ א״כ היו בהשואתו׳ ואם היו בהשואה אחת מה הפרש יש ביניהם׳ ועוד א״כ שהם קדומות׳ איך שייך בהם דין ורחמים הרי לא היה צריך לדין שעדין לא באו הנבראים:

ח מהו מהותם:

ט מה שמם ומקומם׳ רוצה לומר כוונת שמם:

י ברור וגלוי שמאה ברכות הם׳ כנגד מאה אדנים׳ שהם עשר ספירות׳ שכל אחת כלולה מעשרה׳ הודיעני איך כל אחת בלולה מעשרה׳ בהיות שכתר עליון הוא רחמים גמורים ופשוטים ואין בו תערובת דין׳ ועוד על זה הרי מלכות שנקראת יבשה ומ״א׳ וכל הנחלים הולכים אל הים׳ ואין לה מה ששופכין בה׳ א״כ איך הם מאה:

ובקדמין עיני לשמיא נטלתי ונפשתא דשעבידיה לאוריתא חדת אספרנא אנא מתעבד׳ ובסיעתיה מצלח בידי מלאכא דא יבנא׳ ואשרנא אכליל׳ עד אתפרש שארא גלגלי ורתיכיהון בעידן אחרא בשלימותא׳ ארי מכרי ד״י בסעדי׳ אמן:

א״כי׳

eft,


eſt, noua aliqua eſt cognitio? Quòd ſi reſpondeas eſſe æterna quemadmodum ille eſt æternus: ergo ei æqualia ſunt. Quòd ſi æqualia & paria ſunt, quodnam poteſt eſſe diſcrimen inter illa? Præterea ſi æterna ſunt, quomodo ad illa pertinere poterunt iudicium & miſericordia: certè non opus fuit iudicio, cùm nullæ adhuc eſſent creaturæ.

Octaua, quæ ſit eorum qualitas?

Nona, quod ſit eorum nomen & locus, id eſt ratio nominis eorum?

Decima, clarum & perſpicuum eſt centum eſſe benedictiones reſpectu centum baſium (*quæ centum templi columnas ſuſtinebant:*) illæque ſunt decem nomina, quorum vnumquodque decem conſtat. Dic mihi quomodo vnumquodque decem conſtet, cùm nomen כתר I. *Corona* quod ſupremum eſt, miſericordiam perfectam & ſimplicem, & quæ nihil iudicij admixtum habeat, ſignificet? Præterea nomen מלכות I. *Regnum* vocatur יבשה, I. arida ſeu terra, necnon ימא, I. mare: omnia autem flumina eunt in mare: neque aliud illi eſt, quàm quod effunditur in illud. Si ita eſt, quomodo ſunt centum?

Ante omnia autem Dei opem precatus apud quem ex animo profiteor me militiæ Chriſtianæ ſacramento velle teneri, ad inſtitutum opus me accingo, ac primùm fundamenta iacio, reliquum opus σὺν Θεῷ omnibus ſuis numeris, & partibus abſoluturus, atque ad vmbilicum perducturus. Amen. Amen, ſic eſto voluntas Dei.





EN EA CAPITA QVÆ ad huiusce præfationis calcem adscripturum me promisi.

EX LIBRO זוהר QVEM OMNIVM ESSE ANTIQVISSIMVM, multóq; tempore ante Christum natum conscriptum Iudæi credunt, fol. 83. super Genesim.

PATER ET FILIVS: *absconditus, & reuelatus: à* [1] *supremo tempore absconditus & occultus; à postremo tempore exijt in lucem, & reuelauit se:* יהוה *Iehoua,* יה *Iah,* אלהים *vnâ consociati sunt. Iah filius est, Elohim Spiritus Sanctus.* Ita ferè ad verbum. Qui locus profectò ita clarus est, vt si coner explicare, mihi verendum sit ne lucernam meridie circumferre videar: quod prohibemur vetere Hebræorum prouerbio. Omisi prudenter vnum aut alterum vocabulum, quòd nihil ad institutum facerent, & alioquin obscuriora essent, quàm vt breuiter explicari, & ab iis qui in Cabbala minimè versati sunt, facilè intelligi possent.

[1] *l. æterno.*

Eodem folio author libri zohar quisquis

tandem ille est (non enim mihi facilè quisquam persuaserit esse R. Simeonem filium Iochæi, discipulum R. Akiuæ) exponens illud Genes. 1. Et spiritus Dei. *Spiritus Dei*, inquit, *qui est* [1] *Schilo*. Ait etiam, neque ita multò post: *Messias morti tradetur propter reatum seu peccatum generationis*. Ergo veteres Iudæi Messiam Spiritum Dei fore credebāt, necnon propter hominum peccata morte afficiendum.

[1] *Eo nomine appellatur Messias Gen 49.10.*

Folio 325. Messiam vocat *secretum hominis perfecti* (I. vt ego interpretor, hominem secreto quodam, & arcano mysterio perfectū) *qui mundo perfectionem sit allaturus*. Vides illum non sentire Messiam qualēmcumque hominem sed mirum quendam hominem futurum, & occulto quodam modo perfectum, Deum scilicet & hominem: id enim eius verba videntur sonare.

Folio 429. author istius libri exponens versum 12. Psal. 51. Cor mundum crea mihi Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. *Rogat*, inquit, *Dauid: Spiritum rectum innoua in visceribus meis. Quid illud innoua?* [2] *Legem nouam significat quo tempore est innouanda. Ac propterea dicit innoua*. Vel cæco clarè appareat authorem illum de futura lege noua nil dubitasse.

[2] *Ad verb. Testimoniū, quod hîc legem expone.*



EX LIBRO CVI TITVLVS
est עין ישראל *I. oculus Israël, cuius author est R. Iacob Bar Schelomo fol. 178.*

AVthor ille aggressus explicare versum 12. cap. 53. Isaiæ, quo non potissimùm nitimur vt Messiæ aduentus, ac mortis fidem faciamus, pollicetur quidem se varias allaturũ expositiones, וכל זה לרווחה דמילתא *sed,* inquit, *ad dilatationẽ sermonis*; quod ego sic interpretor, non tam vt aliquid ex animi sententia dicam, quàm ne nihil dixisse videar: *Nam si,* inquit ille, *verè volumus iudicare, cùm ingenij nostri vires admodum exiguæ sint, non possumus rite accommodare verba istius sectionis, & ea quæ in illa continentur nobis videntur impoßibilia.* Ex quo loco planum est Iudæos in iis quæ de Christo sunt aut cæcutire, aut, quod magis crediderim, cæcitatem simulare; cúmque se aliquo scripturæ textu vrgeri sentiunt, malle ignorantiam suam profiteri, quàm ingenuè Christum fateri. Argumento nobis est hic Rabbi qui quiduis potiùs excogitet, & in quemuis potiùs sensum scripturam detorqueat, vt videre poterit qui ipsum consulet, quàm Messiam

Messiam de quo dubio procul illud caput est accipiendum, venisse fateatur.

Fol. sequente haud ita multis interiectis verbis, *atque etiam*, inquit, *vsque ad Messiam* (sunt enim hæc eius verba quæ velim expendas) *iustificari potest*, *&c.* Vide quanta sit vis veritatis, quæ etiam inuitum & repugnantem, vt eius verba videntur sonare, cogit prædictum illum versum de venturo Messia explicare, quem omnes Christiani de Christo iam nato, & passo accuratè & ad literam explicant. Verùm non tantùm ille, sed & R. Dauid Kimhi (quantus, Deus immortalis, nostri Iesu hostis) ad extremum prædicti capitis quod cæteroqui enarrauerat de suo populo ne fortasse videretur sentire cum Christianis, tandem nihil minus, quàm illis gratificari cogitans citat Ionathan Chaldæum paraphrasten qui totum illud accipit de Messia, neque verò illum refellit, sed potiùs eius sententiam suo calculo videtur approbare: Emergit videlicet tandem, & erumpit veritas, quippe quæ tantam semper potentiã habeat vt nullis machinis, aut cuiusquam hominis ingenio, aut solertia opprimi possit. Certè illud caput Esaiæ adeo perspicuum est, & tam clarè Christum sonat, & graphicè eius passionem depingit,

כל עברים עתה יבושו׳
כי כעורים קיר נששו׳
וכאין עינים לא ראו׳
לישועת ישוע לא באו׳
בשמו קדוש לא קראו׳
עינם אליו לא נשאו׳
גם תורתו לא בחרו׳
את מצותיו לא שמרו׳
שחכמי ישראל הורו׳
הקדמונים׳ לא שקרו׳
אב׳ בן׳ רוח קדש הזכירו׳
כל קורות משיח ספרו׃

SIMEON DE MVIS Prof. Reg.

IDEM.

QVæ quondam primi fudere oracula vates
De Christo, & casta de religione nepotum,
Hæc recutitorum longa caligine pressit
Fraus Rabbinorum: sed nunc, velut exoriēs Sol,
Ingenio tenebras, atque arte repellit Aquinus,
Dogmata qui nostra ex ipsis decerpit apellis,
Mendacem & linguam veros exquirit in vsus.
Pace tua liceat (Soter) dixisse, racemos
Fert labrusca bonos, & amari in fonte liquores
Tentantum dulci perfundunt ora sapore.



